hospite sic grate vicissitudine vellet referre sic ait Ecce sedule in omnibus ministrasti nobis quid vis ut faciam tibi numquid habes negocium ut loquar regi seu principi milicie / quia paupercula femina ad regis solium accedere non presumeret sed per prophetam regie magestati acceptum liberius loqueretur optataque facilius impetrare valeret Secundum cum principem cui supplicare volumus offensum a nobis sentimus nec cum hiis quos offendimus preces nostras porrigere immediate solemus Unde adonias licet frater antiquior peteret a salomone sunamitem in uxorem non presumpsit quia illum se offendisse meminerat Sed bersabe ut peteret supplicavit dicens precor ut dicas salomoni regi neque enim tibi negare quidquam potest ut det michi abisac sunamitem uxorem per intercessionem alterius obtentum se putavit licet et sic frustratus sit quod per se ipsum diffidebat posse obtinere Tercium cum petende rei causa ma eaque magnitudo est ut petentis meritum et qualitatem excedat ideo filii zebedei licet sancti et electi forent apostoli domini quia tamen eximiam sedem volebant non per se ipsos sed per matrem que propinquior secundum carnem erat supplicacione sua deo et homini obtulerunt ait enim dic ut sedeant hii duo filii mei unus ad dexteram tuam et alius ad sinistram tuam in regno tuo. Filiorum pro illud peticio erat sed matrem ut peteret submiserunt Ita ut in ewangelium Mathei est ... omeliam loquar non ad ea pro quasi ad filios submittentes respondit nescitis quid petatis Quod si oculos mentis nostre in nos ipsos convertimus et quante humilitatis quanteque infirmitatis natura nostra sit consideramus / non unum horum sed hec simul tria perfecto in conspectu cordis nostri tremendo conspicimus Nam si altitudo divina attenditur et nostra infimitas consideratur ineffabilis et inexpressibilis differencia est unde eliu ad iob dicebat Responde tibi quia maior sit deus homine et idem iob alibi dicit vere scio quod ita sit et quod non iustificetur homo compatus deo et salomon ait deus est in celo et tu super terram Idcirco pauci sint sermones tui Finiti enim ad infinitum mortalis ad inmortalem creature ad creatorem nulla proporcio est Si offensionem inquirimus nonne eterna divinitatem continue quantum in nobis est peccatorum nostrorum enormitate offendere non cessamus unde scriptum est in multis offendimus omnes Et Johannes ait si dixerimus quia peccatum non habemus ipsi nos seducimus et veritas in nobis non est Ast si excellenciam muneris optati meditamur quid alterius reperiri potest nec enim caduca et temporalia petimus que ut vestimentum veterascent et sicud opertorium mutabuntur Sed eciam et in putribilia desideramus que nec videri nec plene excogitari possunt de quibus ysayas ait oculus non vidit deus absque te que parasti expectantibus te Merito ergo cum infimi simus / cum offendentes offensum cum mortales eterna petituri tronum divinum adire cupimus expedientissimum est ut non simpliciter nostris meritis optata assequi presumamus sed intercessorem summa cum diligencia queri oportet qui acceptabilior nobis apud celeste solium impetrare Scriptura enim nos ad hoc invitat dicens voca si est qui tibi respondeat et ad aliquem sanctorum convertere Sed quis ergo aut que sanctior inter creaturas puras putanda est quam illa de qua intelligitur quod scriptum est Tota pulchra es amica mea et macula non est in te Hec est enim ut ecclesiastici verbo utar deprecacio offensionis Hec est civitas dei de qua gloriosa dicta sunt de te et que super montem id est super celum celi quod greci empireon vocant assumpta abscondi non potest Hec est indubie que nos ad celum precedens negociorum nostrorum curam in celis gerit Unde bernardus ait precessit nos regina nostra precessit et tam gloriose suscepta est ut fiducialiter sequantur dominam servuli clamitantes trahe nos post te in odorem unguentorum tuorum currimus. Advocatam premisit peregrinacio nostra que tamquam iudicis mater et mater misericordie suppliciter et efficaciter salutis nostre negocia pertractabit et cum sint iustinianus ait castitas sola deo cum fiducia potest animas homi

[margin: Eliu iob xxxiiij°]
[margin: Salomo ecclesiastes v°]
[margin: Scriptura iob v capitulo]
[margin: Tota canticorum iiij°]
[margin: ecclesiastici ecclesiastes xxxv]
[margin: civitas dei alludit verbis psalmi lxxxvij°]
[margin: Bernardus in uno sermonum assumpcionis qui incipit virgo hodie gloriosa]
[margin: Iustinianus in autenticis de lenonibus prope finem collacione iij°]

presentare quanto felicius adno-
tacionis nostre officium illa exhibebit
que nedum castitatis sed summe
virginitatis inventrix et totius
mundicie exemplar purissimum est
hanc ergo piissimam virginem
incorruptam dei matrem intimis
votis et humilimis precibus
exoremus ut nobis immeritis
graciam qua vitam viam civi-
tatis habitandi invenire possimus
porrect et sic verba divina que
me dicturum proposui audituri-
estis in corde nostro quasi in
bonam terram radices figere
fructumque centesimum dare faciat
quatenus illum desideratissimum et
ultimum finem ad quem suspiramus
adipisci mereamur offerentes
ei oracionis locum sub silencio de-
votissime votis illud gratissimum
munus angelicum quod incipit Ave
maria

viam alludit ex verbis [illegible]

in bonam terram alludit ex verbis ewangelii mathei [illegible]

Non potest civitas abscondi
supra montem posita

Omnem civitatem patres ve-
nerandissimi esse communitatem
quandam et omnem communitatem
boni alicuius gracia fore insti-
tutam aristoteles ante multa secula
dixit bonum autem esse quod omnia
appetunt et ante aristotelem
moralium eciam principes incitaverunt +
Cum ergo omnia singularia
individua appetant bonum et ci-
vitatem ex collectione individuo-
rum singularium fiant consequens
est ut bonum in quod civitatum
desiderium tendit quasi exple-

Aristoteles in primo politicorum

incitaverunt [illegible] ethicorum

tibus morum bonis coniunctum
excellentissimum sit et ut in [illegible]
philosophi logii architectonicum di-
possit hinc est quod idem aristoteles
alio in loco dicit principalissimum et
omnium bonorum esse quod civitas et
politica communicacio desiderat
Duplici autem municione ad asse-
quendum tuendumque bonum horum
civitas eget una ad extrinseca ma-
la pellenda alia ad intrinseca bona
fundanda quod aristoteles sub brevi com-
pendio comprehendere volens
docet civitatem sic edificari
debere ut tam ad bellicas quam
ad politicas bene se habeat ac-
ciones bellicis autem actibus ar-
mata milicia politicis vero legis-
periti ministerio respondet unde iusti-
nianus qui hanc scienciam qua-
cumque civilem vocavit summo studio il-
lustravit et leges tam per se
quam per predecessores suos et per
vetustos iurisconsultos mature
digestas sub voluminibus quinque
compressit Cum rudimenta illa
disponeret ante omnia imperatoriam
toriam magestatem non solum
armis decorari sed legibus
armari oportere clamavit
Sed nunquam civitatum ymo quod
civitatum iura tractare volumus
aut civilis sciencie principia re-
plicare non perfecto ea intencio
est nec proposita vario petit Sed
quoniam ut apostolus ait invisibilia
dei a creatura mundi per ea que
facta sunt intellecta conspi-
ciuntur ideo civitas temporalis et vi-
sibilis hec brevius premisimus ut
ex hac cognicionem sumentes
ad spiritualem et invisibilem civi-

tatem sermonem vertamus
et quid oro aliud ecclesia dei que
per totum orbem extenditur quam
quedam sancta civitas est quam tot
apud ieremiam scribitur civitas
laudis [illegible] nimis et ut apud Judith
[illegible] civitas potentissima dici
potest hec enim est civitas sancta
in qua xristus sacrificatur cotidie +
hec ergo adversus mala
extrinseca contra hereticos et
infideles est per sanctos doctores
quasi armato milite defendenda
unde augustinus ad defensionem
huius civitatis accedens sic exorsus
sus est gloriosissimam civitatem
dei sive in hoc temporum cursu cum
inter impios peregrinatur ex fide
vivens sive in illa stabilitate se-
dis eterne quam nunc expectat per
paciencia quousque iusticia
convertatur in iudicium defendere
adversus eos qui conditori eius
deos suos preferunt fili karissime
marceline suscepi et post pauca
de terrena civitate loquens ait
in hac namque existunt inimici
adversus quos defendenda est dei
civitas Sed bona aut intrinseca
firmo fundamento stabilienda
opus est preceptis salutaribus
et exemplis quibus in magna
habundancia est ab antiquo refer-
ta unde Gregorius Cum moralia
tradere vellet sic ait omnis
homo eo ipso quod homo est sum-
debet intelligere auctorem
cuius voluntati tanto magis
serviet quanto se quam de se
ipso nichil sit pensat et post
cere enim conditi deum conside-
rare neglexerimus adhibita sunt
sunt precepta preceptis quoque ob-
temperare nolumus adiunguntur

[illegible gutter notes]

exempla hanc igitur ecclesias-
ticam civitatem adversus mani-
feste impugnantes defendere
et inter subditos doctrina et
exemplo convenit illustrare
quod si sic est et illud utique
consequens erit huius civitatis
utilem civem illum solum dici
debere qui utrumque horum vel
alterum saltem agit Quod si
hunc sanctissimum virum ad cuius
celebritatem convenimus sanis
cordis subtilibus qualis civis
huius benedicte civitatis extiterit
indubitata fide videbimus nam
qua ingenii fortitudine hostes
fidei insecutus sit supervacuum est
dicere quoniam plus quam manifes-
tissimum est perfidia enim plurima
hereticorum verissimis argumen-
tis devicit et munitissimas tur-
res babilonicas perfidorum machi-
nis invincibilium racionum destrux-
it et quibus quisque mirari plene
sufficiat illam terribilem ut
ita dicam castrorum suorum
ordinatissimam aciem quam contra
gentiles sub sua famosa Sum-
ma quasi sub vexillis fidei pa-
ravit procul dubio enim nec pub-
lius scipio africanus superior
contra hanibalem nec nepos
eius alter publius scipio afri-
canus inferior adversus numantinos
nec perses persarum rex contra
leonidam ceterosque duces gre-
corum nec ille alexander mace-
do asie domitor in darium arsami
filium tantas copias militum arma-
torum conduxit quantas racionum
turmas noster Thomas in defen-
sionem sancte civitatis contra
hostes gentiles induxit Sed
an quia in bello contra infideles

terribilem alludit verbis sa-
lomonis cantica vj

scipio ex thi-
tholivio et
cronicis ro-
manorum

inferior ex cro-
nicis romanis et
eciam hispanie

perses ex cronicis
[illegible] et
aliis historiis col-
ligitur hunc presentem
maiorem exercitum
duxisse quam [illegible]
quam alium quemcunque prin-
cipem in aliquo alio
bello duxisse legitur

alexander notari
toria est et dicit
arsami quia fuerunt
plures darii et
ille darius sic vocabatur

occupatus extitit cives suos
doctrine neglexerit / non perfecto sed
exemplo illorum qui apud neemi-
am Jherusalem reedificando una
manu faciebant opus et alte-
ra tenebant gladium Sic tho-
mas in una manu gladium te-
nuit cum infidelium hereticorumque
stolidissimam civitatem solidissime
rationis ense acutissimo perfora-
vit: altera opus fecit cum fide-
les et dociles animos in fide
et exercicio virtutum lucidissimis
scripturis firmissime roborabant /
Et quis facile dicere posset quan-
to lumine in civitate hac radi-
averit qui quidquid ad theologi-
cas intellectuales quam aut mo-
rales virtutes quidquid ad per-
fectionem speculative practiceque
rationis expediat incredibili
textura contexuit Nam sicut
aristoteles ait sapientis est ordinare
ordo scripturarum suarum non
sapientem simpliciter sed sapien-
cie culmen eum tenuisse demon-
strat / Etenim si nec argumenta
subtilia nec determinaciones mira-
biles expressisset solus ordo
questionum et articulorum sub
quibus contentorum correspon-
dens situacio magnam admira-
cionem intuentibus prestat /
Et cum pace et reverencia omnium
semper loquens nonnulla solep-
nia opera per alios edita subti-
lissima et utilia videntur et
sunt / Sed ut quedam castella
super inaccessibiles rupes et
scopulos elevatos apparent
et quasi tenebrosam aquam scien-
cie in nubibus aeris tenentia
solum expeditis peditibus subti-

neemiam neemie iiij° ca°

Aristoteles p° methaphisice

tenebrosam alludit ex verbis ps xvii

lissimis tantum ingeniis aditum
prebent doctrina tamen huius
divini viri elevatissima ingenia
pascit sed mediocria et humilia
non despicit in illa enim ut inquit
ambrosius quandam loquitur est simi-
et lacteus potus quo tenera filio-
rum nutritur infancia [illegible]
et solidus cibus quo robusta per-
fectorum iuventus spiritualis [illegible]
virtutis accipiat incrementa
merito ergo civitas quedam
super montem posita rectissime
dici potest / civitas tipum tenens
quia multitudinem conclusio-
num quasi quedam copiosum nu-
merum civium plenissimis et la-
tissimis in callibus habet super mon-
tem / quia in celsitudine auctori-
tatibusque posita expugnari
non potest / tanto autem sublimior
huius doctrine excellencie iudicandus
est quanto clarior docendi modus
tradita cernitur / Signum enim
omnino scientis est ut aristoteles
ait posse docere Quid ergo
sibi voluit qui huic doctrine cla-
ritatem quasi quandam [illegible]
obicit Cum nichil melius doc-
tori attribui potest aptius doc-
di Amphora dixissem [illegible]
singularis affectio qua ad glo-
riosum predicatorum ordinem
et ad huius sanctissimi [illegible]
ta Jeronime suspectum aliquan-
tulum redderet Sed ut [illegible]
ras affectionis causas illam
illo v. dignissimas per latere
quod sub natalis sui aurora
christianissimus princeps iohannes
rex castelle et legionis [illegible]
dominus meus cum primo [illegible]

desiderio in hanc lucem editus
est Ideo hunc ut singularem
patronum habet Et licet iuvenis
et sub hac milicia que hominis
vita est adhuc sit tiro
[illegible] defensurum ad beatos vi-
ros et triumphatis hostibus
in patria iam gaudentes non
comparacio est tamen iuxta
qualitatem professionis sue
patroni sui vestigia imitari
gloriosis operibus satagit /
Nam ut sanctus doctor infi-
deles increpacione racionis perse-
cutus est Sic et hic rex invic-
tissimus infidelium sarracenorum per-
continuum bellum materialibus armis
persequitur quod ut alio in loco latius
dixisse sum memor nec hic repe-
tere qualitas artis petit / Instruc-
cioni autem et conversioni cor-
rectioni civium suorum studuit
thomas libros scribendo sic et
hic illustrissimus rex leges con-
dendo et iusticiam diligentissime
servari studendo operam
dare non cessat Speramusque
quanto valencior insurget etas
tanto valencius in eo insurget
incrementa virtutum hodierna
enim die implet tricesimum annum
[illegible] autem [illegible] erat
[illegible] regnare cepisset Nam
et si ante secundum aliquos reg-
nasse putetur tamen septi-
mo tricesimo anno regnum eius
incipit computare quia adole-
scencie inhonestis passionibus
et etate ad statum perfeccionis
adducta Solidius robur sumunt
virtutes et nos gaudemus prima
iuvenculo et ex hiis spem verisimi-

lem sumentes feliciora deo
gubernante prestolamur processu
in futurum Sed immortalis viri
laudibus dum incessanter huius vi-
te militat cohibeamus stilum et
in nostrum interiorem hominem
convertimus / Interroget autem
seipsum unusquisque nostrum et an
civis huius ecclesiastice civitatis
dicendus sit animadvertat ac si
cum hereses pullulare audit macerescit
animus et illas eciam cum vite corpo-
ralis dispendio desiderat ex-
tirpare mores quam catholicorum
non solum in aliis quia illud fa-
cile est cunctisque omnibus sed in
seipso reformari totis votis
anhelat huius civitatis incolatum
vestigium aliquatulum in se habere
confidat Sed si eum de extir-
pandis erroribus bohemorum
cum de reducenda eorum ecclesia concordia
agitur tepida aure et animus
compaciencius auscultat et quasi
fabulam quandam audiens animum
oblectamenti causa apponit / et
quando de reformacione trac-
tatur non cum magno dolore
illam difficilis execucionis
inspectat / Sed cum quadam
animi tepiditate eam tolerat
postergari procul dubio peregri-
num ab hac ecclesie civitate aut
inutilem ut ut mitius loquar
tepidum civem se esse cognoscat /
Hec namque ecclesie civitas super
montem fidei et petram spei
impetuque caritatis posita est
hii enim sunt montes sancti
in quibus fundamenta eius sita
consistunt Ideo latere non potest
in talium montium cacumine col-

fundamenta allud ex verbis ps lxxxvi°

locata quia non potest ciuitas abscondi
supra montem posita ut sunt tho.

Ciuitatis regimen o profundissi-
me sapientie pres et similes
diuisis tam penes quam in partes se-
cundis distinguuntur ... tamen in
principales genera ... rectam politi-
am et in totidem peruersam inqui-
sitores eius acerrimi ut aristo-
tile docente didicimus distinxe-
runt. Nam cum per unum excellentis
virtutis virum res publica mo-
narchie gubernatur regium nomina-
ri consueuit. Cum vero non virtutes
detestanda potentia unicus princeps
per iniuriam imperat subditorum ty-
rannidis nomen assumit et cum
paucorum potentum Sed optimo-
rum virorum arbitrio moderatissime
regitur aristocratica gubernatio
est. Si autem potentes hii utili-
tatem preferentes priuatam commo-
da publica negligunt oligarchia
dici solet. Quod si gubernatorum
multitudine et communi populi iudi-
cio recte disponitur politie simpliciter
nomen tenet quam nos popula-
rem vocamus. Hec autem populi
multitudo si peruerse aut imprudenter
in regendo se habet politie po-
pularis nomine perdito democratia
appellanda est. Et sic sex gubernati-
onum modis quorum tres recti tres
sunt peruersi totus hic mundus tam anti-
quis seculis quam modernis diebus sub
diuersas prouinciarum consuetudines gu-
bernatus extitit existit. Sed et
romanorum leges quas ius ciuile
communi vocamus iuxta hanc distinctionem
non sunt conditas esse testantur.
Cum monarchie constitutiones prin-
cipum, aristocratie senatus consulta,
populari politie plebiscita corres-
pondere videntur. Qua tamen ut pre-

[marg.: Docente 3° politicorum]

[marg.: leges collecte sunt ex li. ij de origine iuris et aliis multis ...]

missum non de temporali ciuitate sed
de spirituali loqui propositum est. Secula-
ribus omissis ad ciuitatem ecclesi-
asticam hec que diximus ut cum ma-
ius potimus aplicemus et quia eccle-
sie dei uniuersalis vicem auctoritatis
concilia sacra optinent que ab an-
tiquis temporibus usque in hodier-
num in spiritu sancto congregata
fuerunt et si mixto consilium sacra
legittime congregatum sancta
et ecclesiastica ciuitas dici debet
non ergo ab re erit si ex veridi-
cis gestis et documentis autenticis
breuissime in memoriam adducamus
qualiter conciliorum dispositio hiis
generibus politiarum que supra teti-
gimus correspondisse visa est
et cum antiquorum recordari in-
terdum perutilissimum et si futurorum prudens
memoria ad virtutem prudentie
pertinet. Sed cum quilibet vir catholicus
in se ipso huius ecclesiastice
ciuitatis ymaginem quandam ha-
bet et simili politiarum diuersitate que
quandoque regi videtur non presu-
mi nec extraneum erit si quan-
libet in parte etiam singularis homi-
nis indiuidui mansione iunxerimus ...
vel illius sancti viri celebrem de
hoc dicentes agimus qui inter cetera sola-
tia opera illam plenissimam
summam confecit que in tres partes
diuisa est. Nos illius exemplo tres partes
in tria paria politiarum tres par-
ticulas fecimus et secundam
duas diuidentes alteram primam
sede, alteram secundam secunde vo-
cemus. Non quod materia tam lata
constat ut tot particulis opus sit
sed ut etiam in hoc breuissimo actu
vestigia eius de quo loquitur
loquentes sequamur et insuper collec-
tam stephani illam quem colimus

Collectam ubi dicitur
da nobis omnipotens deus
imitari quod colimus

inituntur quibus celeriter expe-
ditis quasi veloci equo iuncti fine
sufficientem sermonem

Monarchie politie sacra conci-
lia speciem quandam tunc habuisse
putanda sunt cum presentes summi
pontifices multa in eis prouide
decreuerunt sic Innocentius in 4°
concilio lateranensi libellum ioachim
dampnauit. Sic Gregorius primus et gregorius
concilio lugdunensi spiritum sanctum a patre et
filio tamquam ex uno principio et
unica spiratione procedere declarauit. Sic
clemens v in concilio vienensi
tamquam hereticos qui adultis confer-
ri in baptismo informantem gratiam
et virtutes desfirmant. Sic
nonnulla que ad fidem pertinent
et plurima ad honestum regimen
cleri et populi spectantia roma-
ni pontifices sacris conciliis ap-
probantibus ediderunt que nec
exprimi nec allegari necesse puto
cum etiam mediocribus canonistis
notissima sint sed et ille famo-
sissimus canon sicut per manum in-
certorum sacrilega ... in orientis
sinodo in claromontensi concilio
modo monarchico promulgatum asse-
ritur nec ex eo monarchie simili-
tudinem quisquam desistere reputet
quod cum approbatione concilij decre-
ta procedunt. Nam et optimatum
consilio regiminis speciem non
cognoscere possumus quod scriptura testante
in communi cum ionas predicaret semi-
ninum iudicium est. Licet ex ore regis
et principum eius exclamatum ex
titerit principes cum nominati sunt
Sed preceptum sub singulari modo
ad regis personam reductum est quod

[marg.: Innocentius in 4° concilio lateranensi]

[marg.: Gregorius primus et gregorius decimus]

[marg.: de summa trinitate et fidelium]

[marg.: clemens v in concilio vienensi ... de summa trinitate et fide catholica]

[marg.: Canon si quis suadente]

[marg.: ... ionas 3° c.]

in conciliis sub hoc genere ce-
lebratis obseruatum fuisse claris-
simum est cum decretorum verba
ad summum pontificem specialiter
referantur licet cum approbatione
concilij decreuit. E contra autem
tirannidis speciem concilium assumet
si peruersa quedam sit dogmata. Sum-
mus pontifex illo approbante astru-
ere temptaret quod raro diuina fa-
uente gratia factum extitit. Sed
tamen processisse compertum est quod autem
vix sit fieri aliquando ut canoniste
dicunt dubium non extitit liberio
cum papa cum congregatoribus suis
arrianorum impietati fauente qua-
tirannidis species in ecclesiastica ci-
uitate praticata est. Hinc est quod
ariminense concilium quod ipsius liberij
temporibus congregatum dicitur
merito dampnatum gelasius papa
proclamat. Sed huius iam uniuersalis
ecclesiastice ciuitatis mansione in-
termissa ad ciuitatellam nostri
interioris hominis transeamus. Cuius
ut politiam plenius cognoscere
possimus quod sequitur ad mete
reducendum est. Circa mores fu-
giendorum tres fore species aristo-
tile clamante audiuimus illas vide-
licet bestialitatem, maliciam et in-
continentiam. Quibus ex aduerso tres
licet diuersorum graduum perfectissimi
tamen habitus oppositi sunt. Besti-
alitati enim illa excellentissima vir-
tus quam heroicam seu diuinam vocant
contraria est. Malicie vero virtus
moralis opponitur. Incontinentie
autem continentia opposita est.
Cum ergo humana anima intantum
celsitudinis graduum ascendit ut
iam morales virtutes transcendens
et in excelso contemplationis ultra
humane virtutis modum diuinis rebus

[marg.: liberio ex gestis consiliorum et romanorum pontificum]

[marg.: proclamat distinctio xv c. sancta romana ecclesia vel epistola]

[marg.: audiuimus in vij ethicorum]

se totam conuerterit eroica virtute quasi rectissimo et altissimo monarchico principatu gubernare videtur. quam procul dubio monarchie speciem tetigit ille qui raptus usque ad tercium celum audivit archana verba que non licet homini loqui. Quod si erictone aratro renolutis intantum malicie profunditatem quispiam inciderit ut etiam communia vicia post tergum relinquens aliquem detestandam feritatem sequatur ut de cacolatrone historie fabulantur. Iam hic non viciorum bestiali vicio quadam tirannica rabie regi dicetur. Sed sub utroque genere rarissimi reperirentur. nam hos bestiales et sceleratissimos hominum predendum est intra ecclesiam ut nullos aut admodum paucissimos inveniri posse. Eroici vero et altissime contemplacionis viri semper circa dei fuerunt et sunt, sed sub parvissimo ut arbitror numero non enim in ciuitatum carceribus facile reperiri solent, sed vel in abruptis moncium aut in speluncis petrarum habitare. Seu in urbibus cellas secretas observare consueuerunt. sed hoc dei iudicio qui omnium consciencias habet aptas reservandum est. persuadendo autem hanc virtute verba expendere propter propositi mei non est. alta enim ut pheton peterez qui audiencium multitudine ad tam altum culmen virtutis levibus ac rudibus verbis inducere posse putarem. Sed huius sanctissimi viri de quo prius sermo agitur inter eroicos et divinos viros annumerandum esse evidenter comparet Nam et si alia taceam que ad referendum longissima essent illud silencio omittendum non est quod legenda sua de eo sub hiis verbis narrat Cum esset salerni in conuentu fratrum visus est autem maius altare in oracione existens post matutinas a fratribus iacobo et sancto qui ipsum exempli gracia observabant duobus cubitis elevatus a terra. Quibus ergo cum dubium huius beatissimi viri iam in via eraicum fuisse et aliquid diuinum gustasse haud dubie in celo mentem habebat cuius in arca corporis celebratur. merito sicut hominis celebrari non potuit ciuitas abscondi non potuit sed supra montem contemplacionis posita est. non enim potest ciuitas supra montem posita et habscondi supra montem agrediamur de prima. Secundam aggrediamur

Aristocraticam similitudinem summe celsitudinis per concilia sacra que tunc quodammodo sequta sunt quando congregatis prelatis qui optimates ecclesie dicuntur absente summo pontifice presentibus tamen legatis salubria decreta stabilita fuerunt. Sed ex comparatione quia decretorum non ad vim monarchie sed ad multas aristocratice reseruntur. Sic nicena synodus arrii sic constantinopolitana secunda macedonii Sic ephesina prima nestorium Sic calcedonensis euthicem sic septa constantinopolitana machariam authiocenum hereticos condempnauerunt Sic tamen hoc est authiritana que ante in nicenam fuisse dicitur necessario ... sardicensis ancyrena laodicena et alie pene innumerabiles sinodi tam apud grecos quam apud latinos celebrate multa honestissime decreuerunt quarum usque solempnium sinodorum graciani liber liber copiose decreta interserit sed et nonnulle cronice etiam pleniorem faciunt mencionem in quibus prelati cum arbitrat qui senatorum et optimatum in certa universali typum gerunt iure fuisse creduntur habet enim ut scimus certa senatum suum quod et si indubitatum est ex eo tamen intereta lucidenter apparet quia in eius patrum in plerisque conciliis exprimitur et in nonnullis sub sanctissimo numero ut inter inferioris ordinis clericos admissos fuisse cum consonet illud quod theodosius minor sinodo ephesine prime ut gracianus refert scripsit dicens illicitum namque est illum qui non est in ordine sanctissimorum episcoporum ecclesiasticis immiscere tractatibus Sed econtra oligarchicam viam concilia tunc practicare visa sunt cum contra precepta fidei honestatem vel morum pestiles congregati impie et inhoneste aliqua decernere presumpserunt iniquam rei testimonium in quo euthicen hereticus absolutus et vir catholicus adducenda sunt. secundum prescriptum ephesinum concilium in quo euthiches hereticus absolutus et vir katholicus flauianus condempnatus est Et septimum constantinopolitanum non quidem illud sanctum quod sic attamen sed aliud exerrabile quod sic nominari in constantinopoli iustinianus secundus voluit in quo contra ecclesiam romanam canones nonnulli editi sunt hee tamen due perverse et oligarchice sinodi consequencia gracia dampnate sunt. Sed in hec universalis ciuitatis ecclesiastice

regimen convenienciam tetigimus ad particularem nostri interioris hominis ciuitatem iam ut premisimus reddeamus que tunc aristocratica gubernacione rectissime ducitur. cum post fundamenta trium theologicarum virtutum quatuor electivis habitibus quasi quibusdam patribus et optimatibus gubernatur hii sunt quos cicero quatuor partes honesti aristoteles vero virtutes morales vocat. nos autem et si aristoteles morem gerimus moralium nomine utentes tamen propter excellencia eorum hos solos quatuor habitus virtutes cardinales vocamus, quorum habitus primus prudencia est non quidem illa de qua scriptum est Filii agar exquisierunt prudenciam que de terra est nec ea de qua apostolus ait prudencia carnis mors est Sed illa de qua salomon prudencia servabit te ut eruaris a via mala et alibi prudenciam voca amicam tuam hec est enim que finem optimum contemplata per vias rectas et legittimas ducit nam ut iuxta aristotelem loquar virtutes morales rectere docent querendum finem et prudencia que ad finem Secundus est iusticia non quedam talis ut scribarum et phariseorum que veritatis verbo improbatur Sed illa de qua salomon ait iusticia liberabit a morte hec est enim que voluntatem nostram constantem constantem atque perpetuam reddens nos terminis nostris contentos et ius suum unicuique reddit tribuentes Tercius est fortitudo non quidem corporea aut themeritas animi superbire desiderantes qua impii ut scriptum est utebantur dicentes sit fortitudo nostra lex iniusticie. fortitudine corporalem ut inquit glosa expressius loquar iusticia habere

volentes Sed illa de qua neemias ait gaudium domini est fortitudo vestra hec est enim que cunctos corporeos labores pro domino cum gaudio tollerat hac utique pleni erant illi qui ibant gaudentes a conspectu concilii quoniam digni habiti sunt pro nomine Ihesu contumeliam pati Contrarium autem habitum temperantia vocamus hec est que illecebrosis carnis motibus et voluptatibus illicitas De quibus scriptum est quoniam his delectatur non erit sapiens In exilium propterea mittens ad delectationem nos spiritualem adducit de qua propheta ait delectare in domino et dabit tibi petitiones cordis tui et ad quam Salomon nos hortatur dicens in amore eius delectare iugiter Indubie autem qui hiis habitibus ut quibusdam senatoribus et optimatibus regitur iusto aristocratico principatu se gaudeat gubernari E contra vero qui loco prudentie stultitiam et presumptionem sui loco iustitie avaritiam loco fortitudinis trepidationem ubi non est timor loco temperantie voluptatum fluxum habet oligarchico prorsus principatu civitatem animi sui noverit usurpari Hec est enim quam ysayas civitatem meretricem vocat et ad babillam reprehendens ait expectavi ut faceret iudicium et ecce iniquitas et iustitia et ecce clamor Hec autem est civitas in pejoribus montes Gelboe super quos nec ros nec pluvia veniret propheta orabat posita ideo ab scondi non potest quia super montem et super timore vitiorum

neemias neemie viij°
illi i. apostoli actuum v°
de quibus ysaie xx°
propheta psalmo xxxvi°
Salomon prover v°
ubi allud^t ex ubi ... psalmo xiij
ysayas ysaie p°
babilon ysaie v°
gelboe alludit verbis david ij regum p^mo

posita est et hoc de prima sede

Sigesta actibus sancti Thome ad sempiternam gloriam Si fortitudinis amplitudinis pro ad memoriam reducere voluerimus recentissimo aristocratice principatu gubernatum illum fuisse conspicimus nam et si eroicam eroicarum virtutum non negamus quoniam principio ultimo fatemur Nec enim ferendi sunt qui sic civitatem credunt eroicam eroicarum celsitudinem haberi posse cum corporeas cardinalium virtutum hec enim prime in animo figende sunt et illis contemplatis ad montem contemplationis tendendum sunt prima enim sunt non contemplationi qui cardinalibus virtutibus absque iectis contemplationi operam recte se dare putant Sed non sic noster Thomas non sic enim virtutes eorum cardinales habuit et ultra has ad eroicam virtutem ascendit Nam si prudentiam querimus que maior reperiri potest quam presentia contemplativa caduca et futuriora caducorumque viam ad eternam salutem sequi hoc enim est principium in quo prudens prudentem excedit Unde Salomon ait quid habet amplius a stulto sapiens nisi ut pergat illuc ubi est vita Hec profecto est prudentia vera ideo eadem Salomon alibi dicit scientia sanctorum prudentia Si iustitiam volumus quanta in eo fulsit nullo certiore testimonio quam ex virtutibus iustitie adherentibus constare potest que plurime sunt sed brevitatis amore

relinquende has autem dominatrat ex primo sufficiat religionem obedientiam humanitate quas nedum cicerone et macrobio asserentibus sed et eodem Thoma scribente partes iustitie esse constat quibus habundantissime claruit ut ex dictis actibus suis manifeste monstratur quos hic narrare plurissimum foret Si fortitudinem petimus grandissime fortitudinis fuisse qui nec maternis nec fratribus probis nec minis nec diutina carceris a sancto proposito potuit seduci expressum est et enim presencia nam in bonum nedum peripateticis sed et cicero scholasticis voluerunt et idem Thomas scripsit pars fortitudinis est Si de temperantia loquimur expeditissimum flammam libidinis igneam igne materiali compescuit Joseph cum de adulterio temptaretur pallio relicto adulteram temptantem fugit noster Thomas ipsam temptatricem fugavit quod non frustra sic factum fuisse putandum est sed quia Joseph castitatis coniugalis custos futurus erat habunde fecisse credendus est se ab adulterii periculo per fugam corporis abstrahendo noster tamen doctorem qui virginitatis mundi nam erat servaturus non libidinem fugere sed fugare debebat tanto enim aliquid in figurius virginem casto fare deret quanto virginitas ut Jeronimo in Jovinianum sine licente late monstratur castitatem coniugalem excedit Si hunc sanctissimum virum in sua quiete aliquibus per has dimittamus et nostros animos perscrutemur ac si hos habitus quos optimates vocamus a civitate nostre mentis abesse conspicimus nos per contrariis habitibus oligarchie principatu gubernari sentimus magno cum dolore plangendum est quia everti et destrui rem publicam hominis nostri videmus Periculose enim erramus si sagacitatem vel astutiam putamus prudentiam ypocrisim iustitiam temeritatem fortitudinem et palliatas voluptates temperantiam dicimus Sed tunc recte politiam nostri hominis gubernabimus si quod in libris laudamus quod in aliorum operibus commendamus ipsi intra nos exequamur Cuius utique iudicium potissimum est si delectabiliter ac constanter et propter bonum non propter gloriam inanem ea que recta sunt operemur Sicut enim ut non aristotelem loquar publi superveniente habitus est tunc del ectatione virtuosa operari de quietate autem virtutis est ut idem aristoteles voluit ut sciens et eligens et propter bonum et immobiliter operetur Quam aristocraticam gubernationem si attingimus nostri animi civitatem in magno constantie et firmitatis monte ponemus ubi nedum destrui sed etiam nec occultari vale

aristotelem ... secundo ethicorum
voluit ... ethicorum

bit qua non potest civitas abscondi supra montem posita et hoc de secunda secunde partis expediamus

Quando res publica per multitudinem gubernatur, ex auctoritate maiorum ipsius partes policia simpliciter regimen hoc vocaverunt antiqui. Nam sicut apud legistas adoptionis vocabulum genus et speciem continet et nomen primi generis sepe competere cernitur, sic apud morales policie verbum generaliter sumptum supremum universalis ordinationis generale comprehendit, sed sumptum simpliciter de specie determinata vocabulum ultra solam multitudinem (multitudinis gubernacionem) reducitur ut patet ex nominatione. Fingamus ergo secundum speciem loqui volumus policiam popularem vocare solemus. Huic autem generi policie concilia sacra correspondisse temporibus antiquis non legi. Nec enim faciliter ut arbitror reperiri posset in corpore canonum aut in cronicis approbatis sub policie popularis typo concilia sacra olim celebrata fuisse. Nam si a principio nascentis ecclesie usque in tempora nostra velociter cursu secula currimus vel ad monarchiam vel ad aristocratiam similitudinem semper pene

legistas ff de adoptione l. i

pertinet (?) ultra ... policiam

Currimus ex gestis conciliorum et diversis ... in aliis ... manifeste colligitur hoc

declinasse videbimus. Forte cum congregationem ... putaverunt maiores cum concilium sacrum universalem ecclesiam representet, ut et ipsum concilium ex personis representantibus congregetur. Representative autem clerum prelati aut ipsius principes solent; private vero persone se ipsas putant, sed alios non representant. In hiis tamen immorari non solum oppositum proposito quam primo necessarium nec utile iudico, cum sapientibus presertim sapientissimis loquar. Quamobrem spiritus sancti operatione actum fuisse arbitrandum est ut quod antiquis seculis in ecclesia practicatum forsan non fuit nostris diebus in quos fines seculorum devenerunt practicaretur. Nam in constanciensi synodo et in hoc sacro concilio huius popularis policie ymago quedam praticata est, cum in illa sub nacionibus, in ista sub deputationibus inferioris ordinis viri cum clericis admissi sunt cum numerus episcoporum non valeret. Nam et si in antiquis synodis maior numerus usque ad decem (?) patres ascendisse, minor usque ad xi descendisse Graciano referente legamus, licet nonnulle cronice amplioris numeri ascensive et minoris descensive referant, in constanciensi tamen et in p-

senti conciliis patrum numera ut ita dicam innumerabilis est numerare. Cui volenti forte respondere posset ut scriptum est ... celum et numera stellas si potes. Hec est enim omnium certe militantium turba magna quam dinumerare nemo potest. Sed nec solum ex magnitudine numeri policie popularis ymago colligitur, sed etiam ex procedendi modo colligi potest. Cum tam cardinales quam presidentes patriarche primates metropolitani ac pontifices ceteri licet adsint, tamen ut quilibet clericus votum emittunt. Nec volo ut quisquam putet hoc me dicere quasi auctoritatem huius concilii minuere velim. Absit enim a me tanta temeritas ut in fidei (?) consistens me eo celestia tangam; divina enim consilia puto ordinatum sic esse ut modus iste qui quondam supererogacionis observaretur. Summus enim pontifex et presules universi orbis representative hic sunt, sed ultra eos inferiores viri clerici, nec non in oratoribus regum et principum laicalis populi representatio integerrima. Sed hec ideo dixi ut in mentem veniat institutum modum et novam formam conciliorum in tempore nostro experiri. At si inter policias tres rectas distinguibiles sint, nam popularis bona, aristocratia melior, monarchia optima habetur. Et monarchia que optima est et aristocratia

que melior dicitur tamquam secularibus quam in ecclesiasticis in prius tirannidem et oligarchiam legimus (pervenisse) transmutatas, interdum transiuncta fuisse, quare non timebimus nos ne nostra de talibus ut ita dixerim policia, que popularis typum gerit, licet in constanciensi synodo effectum optatum sortita sit, in presenti tamen in democraciam nobis negligentibus convertatur. Nemo nobis blandiens et intuentis fide hoc sacro concilio iuxta quendam dicat: templum domini, templum domini, templum domini est; spiritus sancti errare non potest. Fateor hoc, sed nos non sumus spiritus sancti. Illud tamen ultro edicam quod cor meum in tanta confidentia est quod aliquid perversum et inhonestum ab hac sancta synodo processurum non timeo, sed hoc solum est quod trepidat animus meus ne forsan parum boni agatur et absque aliquo egregio et nobili opere ab hoc sancto concilio discedamus. Satis enim democratici iudicandi erimus si tantis clamoribus precedentibus tanta temporis diuturnitate occupati etiam malum non agentes sine aliquo felicis operis partu steriles infelices abeamus. Cui timori profecto mederi possemus si divino semper auxilio confisi unusquisque nostrum non hoc tamquam commune negocium quod negligi solet, sed ut proprium humeris suis incumbens putaret et quasi sibi soli meritum et culpam gloria

et intuentis securitatem credere volens templum domini Jeremie viio

Solet alludit illi dicto legistarum: communale ... negligitur ... quod et ... per se debetur ... ii ... aut

et ignominiam [illegible] ex
hunc sacri concilii operibus
credens noctu dieque in assidua
cautissima meditatione vigilare
Sed iam huic exortationi fine
faciens ad cautelam nostri ho
minis ut conspeximus conver
tamur. Quem[ad]modum politie po
pularis rectitudine regitur
cum passionum stimulis afflicta
et exaudita audita perversione
ratione a passionibus declinans
persuasionum honestarum iudicii
sequitur. Et enim vniversitas
potius nostri hominis concu
piscentie videtur. Cum dominus
tus tam irascibilis quam con
cupiscibilis partium vna cum
persuasionibus honestis desce
dentibus a superiore parte
rationis in stomacho nostro
quasi in quodam concilio con
veniunt. Tunc ergo si post
altercationes molestas ad ra
tionis partem declinantes
honestam vitam eligimus no
ne sub populari quodammodo
politia vivere videmur. E
contra autem democratico
regimine gubernamur cum
auditis passionibus adversus
honesta dictamina rationis
ad impulsus passionum conti
nenter descendimus. Huius
vero politie ad superiores
differentia cognitissima
est. Cum nedum eroicis quos
monarchas diximus sed et
aristocratici id est perfecti virtuo
si morales formidem et delecta

biliter honesta operantur
continentes vero quos hic
politicos populares vocamus
cum molestia et labore a
passionibus abstinent. Et per
contrarium nedum bestiales
quos tirannos sui reputamus
Sed et oligarchici id est mali mo
ralia morali ex electione se
quuntur perversi incontinentes
vero quos hic democraticos di
ximus non ex malicia sed passio
num impetu ducti rationem de
linquunt. Longissima autem dis
tancia tam bene adhibitur
inter gradus istorum ex virtuosis
enim iam perfecti sunt. Contine
tes vero adhuc imperfecti sed
ad perfectionem ascendunt. Est enim
continentia ut Aristoteles vo
luit habitus laudabilis sed non
perfecta virtus et e vestigio
mali secundum vicium morale dis
similiter sunantur incontinentiam
vero contrario si ad cor reddere
dire volunt promptissima est.
Nostrum autem Thomam de hac
politia populari que continentia
est laudare inivitum putare
aliquis non est. Nam ut confes
sore suo testante narratur
puritate preditus quamque amorem
habuit qui sentire non solet
stimulum venereae voluptatis
quo ergo continentem dicam
qui vehementiores passiones
que in tactu consistunt non
sensit non quidem ex mera
insensibilitate carnis quia illud
nec virtus nec vicium foret
sed ex habundancia virtutis
que tanta in eo erat ut pas

sionum impetus et concupiscen
tiarum stimulos in conspectu
rationis sue comparere ausi
non fuisset. Sed iam huic
dominum virum in quiete sua ex
toto linquamus et nostros a
nimos iterum perficiamus ad perfectionem
tendere. Et si monarchiam viri
hominis id est eroicam virtutem
non tangimus imperandum nobis
bis non est. Etenim paucissimi
sunt qui tantum culmen as
cendunt. Quod si aristocra
ciam non sequimur id est perfectas
cardinales virtutes non habe
mus dolendum est sed tamen
cum timore et tremore tol
lerandum quia difficillimum
est perfectam virtutem mo
ralem in suo summo puncto
adipisci. Sed si hanc popu
larem politiam que inferior
omnibus est id est continentiam
repellimus quia non solum intel
lecti valo in passionibus tacti
sed in omnibus motibus tam iras
cibilibus quam concupiscibilibus
nam continentia Aristotile tes
tante in omni materia virtu
tum moralium reperitur. Quid
ergo dicemus presertim hii quibus
incubit alios corrigere et ad
viam honestatis conatibus to
tis adducere bonos laudare in
malos autem vehementer per
sone inclinare. Nonne cuilibet
nostrum dici potest quod apostolus ait
O quam inexcusabilis es o ho
mo omnis qui iudicas in quo
enim alterum iudicas teipsum
condempnas eadem enim agis

que iudicas. Existimas autem
hoc o homo qui iudicas eos qui
talia agunt et facis ea quia tu
effugies iudicium dei. An
divicias bonitatis eius et pa
ciencie et longanimitatis con
tempnis ignoras quoniam
benignitas dei ad penitentiam
te adducit. Secundum duritie
autem tuam et impenitens
cor thesaurizas tibi iram in die
ire. Toto ergo animo per dor
tissimi insistendum est ut mo
narchicam nostri hominis poli
ciam id est eroicam virtutem qui
cumque cui deus tantum bonum in
spiraverit in animo suo liber
admittat. Ex si ad illam altitu
dinem ascendere non valet aris
tocratica policia id est cardinalium
virtutum in sua perfectione ex
istentium imperio gubernetur.
Et si hoc difficile putat sal
tem popularem policiam id est
continentiam in omni genere v
tutum non respuat ut monar
chice id est eroice vel aristocra
tice id est virtuose perfecte virtute
vel saltem politice popularis
id est continentie in hac via se habens
ad eterne patrie civitatem que
super illum celorum montem
posita abscondi non potest perveniat
mereatur quam nobis intrare
concedat agnus dei lucerna
eius illam regens qui illuminat
qui est salvator noster Christus
Ihesus deus benedictus in secula
seculorum amen.

Agnus allud[it] ex viis Io Apo[calypsis] xxi°

domini Arnesti

Collacio facta per archiepiscopum Pragensem coram domino nostro Innocencio vi pro parte domini Karoli quarti electi in regem Romanorum &c

In te respiciunt oculi tocius israhel ut indices eis quis sedere debeat in solio &c Verba sunt Bersabee ad regem David postulantis regnum filio suo Salomoni Et habentur 3 Reg 1 c in quibus quidem verbis altissimi adiutorio invocato duo breviter considero In primo apostolice sedis super universa singularem eminenciam Secundo eiusdem sancte sedis in prefiniendo rectoribus diligenciam et sollicitudinem exactissimam Primum tangitur cum premittitur **Ante respiciunt oculi tocius israhel** Secundum cum additur **ut indices eis quis sedere &c**

De primo quidem eminencie preeminencie efficacie et reverencie hec sancta sedes sit et quantis respectibus per universos ad eam quilibet haberi debeat declarare deviare superfluit quia superfluis laborem impendit qui solem facibus certat adiuvare ut dicit Canon 6 q 1 Si omnia Cum hec ex sit figurata in tempore arche Noe hanc sanctam sedem figurans Extra 6 et transsumptive in canone 24 q 1 quia ex sola Et prophetanti ipsa &c et transsumptive in canone ix q iii aliorum in fine de qua sancta sede per archam federis representata prophetice dicitur Si hec humiliatur ad eam fugite auxilium et relinquatis

florem vernum et dictum sit q 3 Sancta per mundum 2 c principalem postremo eciam orientis domini confirmatum Math 16 c ubi dicitur Tu es petrus et super hanc petram ut et transsumitur in canone 24 q 1 duas et 21 di in novo ut tamen ea tanquam notissima non obmittam Hec est illa sedes que dicitur edificium supra firmam petram que unica columba appellatur que sponsa pulchra sine ruga et macula et ortus conclusus et aque vive puteus et paradisus cum pomorum fructibus que claves recepit ut pulchre prosequitur canon 24 q 1 omnibus consideratis hec est illa sedes in qua sola incorrupta servatur patrum auctoritas hec neque sol oritur in sine hec lux mundi Sal terre vasa aurea et argentea ex eam testea vasa virga sacra et operatur mirandum et arbitrarium fulgere fecunditatem lolium avenasque desicnerunt hec precanis et habetur 24 q 1 qui vetus ornatus orieius in se populorum fidere collis Et ipse hic pater sanctissime qui huic sancte sedi presidens dum inimicos forcius divini et hoc ex ponte et magnificencia qua ut preste et magnificencia qua ut scribitur 1 paralipomenon 29 c tua est domine et precium magnificencia atque victoria testatis et gloria atque victoria et tibi laus Extra 3 Reg xto transsumptive 8 q 1 verorum universa terra desiderat vultum Salomonis ut audiant sapienciam eius conceptu eorum gentis israhel respiciunt et respice obediendo ad S v eandem humiliter obediendo

et sanctitatis eiusdem et salutaria monitaque et lete suscipie[n]do ut dicitur in canone 19 di in memoriam beati petri Hinc est pater sanctissime quod imperantibus S v litteris principalibus electoribus toti sacri et ipso fidei directis in quibus precessorum vestrorum renovabantur et durissime per S v affirmabant quod Bavarum dudum scismaticum et hereticum et fautores suos ex quibus clare innuebatur quod ipsi principes ad quos de iure et antiqua et approbata consuetudine spectat potestas eligendi Romanum regem in imperatorem promovendum ad electionem eius qui ydoneus catholicus et ecclesie dei devotus sit procederent Quibus litteris cum reverencia qua decuit receptis facta est leticia magna in populo ut habetur 1 Mach x. quia quasi nova lex visa est omnibus honor gaudium et tripudium Ex desiderio magno imperatoris catholici qui ecclesie sancte gremium promocionem et concordiam habebat qua de tali concordia gaudebat altissimus et floruit in membris suis ut dicit canon 1 q 3 archiepiscopus Crabsenna cum imperatore katholico quanta pericula animarum dampna rerum et alia quam plura incommoda obvenerunt et obvenerint hec efficax magistra rerum experiencia edocet Quod ipsi principes in decreto suo S v ducto notificavit Huius igitur consideracione diligenti idem principes et venerabiles patres et domini Balding Treverensis Gerlacus Maguntinensis et Walramus Coloniensis archiepiscopi ac illustres et magnifici principes

principes dominus Johannes Rex Bohemie quondam domine memorie et dominus Rodolphus dux Saxonie penes quos plenum ius et potestas eligendi Romanorum regem in imperatorem promovendum dum pro ista vice vacante resi debat Rens loco solito prope eius situm super alveo Reni ubi consueverunt antiquitus principes electores ad tractandum de electione regis in imperatorem promovendi convenire et temporis videlicet xi die mensis Julii proximo preterita tam super electoris tractatu quam super ipsa electione celebranda prefixerunt vocatis hiis omnibus quorum interfuit et interesse poterat qui de iure vel consuetudine ad electionem eandem evocari debebant tandem principibus eisdem prefatis loco et tempore super electione negocio personaliter convenientibus considerantibus et cognoscentibus eis ut in decreto eorum plenius continetur per longum tempus Romanum imperium vacasse premissis diligenter tractatibus diversis adhibitis quam ad hoc cerimoniis et solemnitatibus debitis consuetis et optimis ad electionem regis Romanorum rite et recte processerunt dei nomine invocato personam serenissimi principis et domini domini Karoli Marchionis Moravie tunc exalta et regali prosapia ac imperiali linea geniti zelatoris fidei katholice ferventissimi ecclesie sancte devotissimi virtutibus et moribus ornatissimi in rebus bellicis ac militaria strenuissimi elegerunt electum quod de ipso factum clero et populo dudum pariter ut moris est solemniter publicaverunt Quod autem exalta prosapia idem dominus K electus in regem ortus sit in primis libet transsumere lineam paternam qui ut novit V S dominum Johannem domine

memorie regem Bohemie illus-
trem patrem habuit. Avum vero
recolende memorie dominum Henricum
Romanorum imperatorem victoriosis-
simum qui ex domo clarissimorum
comitum Lutzelburgensium ducum Bra-
bancie Limburgensis comitum Flan-
drie Hanonie Gelrie et ex plu-
ribus aliis altis generacionibus pro-
cessit. Proaviam vero maternam ex
serenissima regina Bohemie E-
lizabeth honestissima domina geni-
tus est que patrem excellentissimum
principem dominum Wentzeslaum Wentz-
eslai regem Bohemie habuit cuius
pater extitit Ottokarus potentissimus
Bohemorum rex qui et dux Austrie
Stirie Carinthie Carniole et mul-
tarum terrarum princeps et dux extitit
cuius progenitores ex radice et
stirpe Wentzeslai martiris Bohe-
morum quondam ducis et patroni
descenderunt. Et sic eius genera-
cionem admirans tam latam et
secundum genus seculi tam altam
primo et tertio ut supra ostensum
est possum dicere illud Ysaie 53
Generacionem eius quis enarrabit.
Quantum vero fidei christiane sit zela-
tor iste gloriosus electus veri-
tatem dicendo experiencia didici
quia in fide katholica est firmissimus
contra hereticos scismaticos et
perfidos quoscumque fervens firmissimus
in confessionibus oracionibus ieiu-
niis et elemosinarum largicionibus
ac sacratissimi domini corporis
sumpcione et participacione freque-
ntissimus illius christianissimi Con-
stantini iuvenis regis fidei et mo-
rum forma sectator et imita-
tor quem summe commendat Ca-
non 26 q. 1 c. ultimo primo libro
fidei et textu sacre scripture.

ad instar illius sancti [illegible] de
quo habetur actuum 8 secum quo-
cumque ierit defert attendens
illud preceptum deuteronomii 17 ubi inter
cetera regi precipitur: postquam
sederit in solio regni sui de-
scribat sibi deuteronomium legis
accipiens exemplar a sacer-
dotibus levitici generis et legit illud
omnibus diebus vite sue ut dis-
cat timere dominum deum suum. Et
huic alludit institutio a principio ubi
dicitur imperatoriam maiestatem sed
non solum armis decoratam sed
et legibus oportet esse armatam
et utrumque tempus pacis et
bellorum valeat gubernare. Quan-
te vero devocionis ad ecclesiam sit
tam et eius ministros sit testi-
monio indiget cum in B v [illegible]
propter opera eius piissima hec de-
manifeste clamitant provenient
et iudicent quia ecclesiarum de-
solatarum et monasteriorum col-
lapsorum reparator restaurator
et reformator egregius est et fun-
dator de novo dotator et ele-
vator. Nam novissime honora-
bile collegium canonicorum et decanum
seculare in honore omnium sanctorum
in castro pragensi construxit cum
piissime [illegible] in honore omnium tam
sanctorum in possessionibus bonis tam
mobilibus quam immobilibus providit. In ecclesia
vero vera pragensi ministros quosdam
qui mansionarii sancte Marie
dicuntur tam in numero quam
facultatibus rerum [illegible]
magnifice augmentat et de
novo dotat. Et insuper coronam
auream regalem mirifice
varietate circumdatam capiti
sanctissimi Wentzeslai marti-
ris imponendam valoris plurimi
florenorum millium [illegible]
pragensi donavit et aliaque plurima

preciosa opera ibidem et alibi
contulit et frequenter exercet
in quo bene completur quod
in canone scribitur 96 di. boni
principis ubi dicitur boni principis
ac religiosi est ecclesias concussas
atque comminutas restaurare no-
vasque edificare et dei sacer-
dotes honorare atque tueri de
commisione autem eius et mo-
nitus non infra cum B v vicarium
isto sacro collegio ipum in minori-
bus constitutum sufficienter ag-
novit. Militia eius ut supra di-
cebatur strenuissimus est illa
adolescentuli etate constituto
bello apud sanctum Felicem in
Lumbardia personaliter interfuit
in quo et militavit et gloriose
triumphavit. Precedenti vero tempore pa-
triam ab hostibus fortissime
defendit contra Sarracenos
impressibilia prelia strenuissimas
et notabiles quam plurimas ex-
ercuit ecclesias oppressas viriliter
defensabat hostium sepissime eri-
puit ut iam ceteras manifestum
est. Cum ecclesia aquilegiensis
gravissime opprimebatur a co-
mitibus Goricie et quibusdam
aliis molestacionibus et oppressi-
onibus eiusdem venerabilis pater
dominus pater patriarcha aquile-
giensis qui nunc est invocavit
auxilii brachium istius gloriosi
electi qui statim relictis aliis
personaliter venit hostes fugavit
et ecclesie tribulacioni succurrit
ad instar forcioris preliatoris qui
intra castra teneri voluit
[illegible] noluit sed Strenuus cum
fuit de quo in Canone
23 q. 1 ubi admirata et vere
in eo huius omnibus diligenter

considerat[ur] sub epilogo implet[ur]
illa que scribuntur 1 Regum 16 ubi
dicitur Ecce vidi David filium Bethle-
emitem filium Ysai scientem psal-
lere et fortissimi robore et
virum bellicosum et prudentem
in verbis et pulchrum nimis
et dominus cum eo et sic concluditur
de persona sua de singulari eminencia
apostolice sedis super universa
quia principes electores ad ex-
hortacionem apostolicam et in-
formacionem singulariter omnium
los [illegible] in. v. B. defuncti ad
electionem de qua supra processerunt
moris et iuris est processerunt
2. Transferebatur eiusdem sancte
sedis in suscipiendis rectoribus di-
ligencia et sollicitudo exactis-
sima cum dicebatur ut reges
eis qui sedere debeant in solio regni
Quoniam cum cura tocius populi
christiani commissa a domino sit
beato petro apostolo et in sua per-
sona successoribus suis roma-
nis pontificibus Joh. 21 ubi di-
citur: ubi dicitur si diligis me
pasce oves meas. Dominum suum singu-
lariter et specialius interest hunc
sancte sedis diligentius intueri
qui in gregibus sibi commisso re-
ges in solio regali sedeant quo-
modo populum dei regant cum
suis ipsis regibus et ducibus
ipsi populi subditi et subiecti
sint ut habetur 1 Petri 2. Quanto
forcius hec sancta sedes at-
tendat personam eius qui ad
regendum et gubernandum Romanorum
imperium preficitur et qui super-
omnes reges est Rex quasi principi-
bus et cum defensor et advocatus

ecclesie esse debeat et ab eodem
unctionem conferret et coronet
ut habetur extra de electione
venerabilem. Premissa igitur tanquam
devotissimus sancte matris ec-
clesie filius inclitus princeps
dominus meus dominus Karolus electus
in Romanorum regem predictus solem-
pniter adveniens electione de
se celebrata eademque electione
per eum legittime et debite admissa
bito quorum duos istos et meos sub-
os nuncios speciales et procurator-
es legitimos ad vestre sanctitatis pedes et
imperii negociis specialiter destinavit
petens reverenter quod ad nos suo
principis nomine recepit petrus
quatenus devotionem suam et fi-
lialem reverentiam quam erga
nos et sacrosanctam Romanam
ecclesiam matrem suam sinceris
affectibus gerit dignemini
suscipere graciosius verum ac
favore imperiali eidemque permissum
sacre unctionis consecracionem et
diadema seu coronam imperii prefa-
tis manus vestre loco debito
et certa die assignatis favorabiliter
et celeriter conferre et impe-
dere dignemini. Et non sine cau-
sa celeriter dico quia novit vestra beatitudo
quod adversarius huius sancte se-
dis et tocius israel ille Bavarus
quem pater Chunradus de Bava-
ria hereticum non dicit primo
quasi leo rugiens circuit querens
et querens quem devoret
et in suspicione in canone
3 q 1 nulli dubium est quod ista
sanctam ecclesiam quem in eo
est demo confundat quomodo
in consilium tractatum domini

confundat quomodo alios
sua lepra et perfidia infecit
et involvat. Et gaudet si
aliqua morsu alicuius lenitivo et
quod absit aliquod in ordina-
tum intellectum aut impedimen-
tum seu obstaculum in hoc sancto
negocio interveniret exurgat
igitur vestra reverenda sanctitas
et huius tam morbos quam et
periculos occurrat viamque pre-
cludat quia ut a magis periculum
... proul dubio curis est agi-
dum huiusque serenissimi electi
sancti negocii quod diu et vene-
rabilem honorem ubique ecclesie
ac tocius israel indubitanter
concernens promotionibus con-
siliis et auxiliis gratiis favora-
bilibus vigilanter et viriliter diri-
gat et prosequatur. Eique et
nobis in sua persona dicens quod
dixit dominus de david 1 q 1 si quis
os inveni hominem secundum cor
meum et quod sequitur 1 Rg
16 Sed david in consilio dei
meo invenit invenit enim gratiam
in oculis meis quam graciam
sibi invenire concedat dominus
in conspectu ecclesie militantis tan-
dem in conspectu triumphantis cun-
ctis omnibus nobis qui est benedictus
in secula seculorum amen

Collacio quam fecit Innocen-
cius papa sextus in approbacio-
ne Karoli quarti in regem Roma-
norum electi pontificatus sui
anno ultimo quinto

Salomon sedebit super
solium meum et ipse reg-
nabit pro me. Illique precipiam
ut sit dux super israhel. 3 Rg
1. Audivimus et vidimus nuper pre-
archiepiscopum predictum proponentem
negocium electionis karissimi filii
nostri Karoli in regem Ro-
manorum electi nobis per ipsum quedam
supplicacio facta una introductio
sub huius verbis illic respirant
oculi tocius israhel ut in e-
o 5 de in solio. Et quia ista
introductio non est digna re-
prehensione non est indigna re-
futacione sed magis est digna
commendacione digna respon-
sione digna exaudicione ideo
dico quod dicebat Jeremias propheta
Jeremie 42 Indicabo vobis nec
celabo vobis nec quidquam dicens
propter hoc verba thematis pro simpliciter
Salomon sedebit etc. Ante ver-
ba sumuntur ad literam dicta per
David cum sua facta esset introductio
ad eum per Bersabe predicta Salomon
ergo sedebit etc. In quibus
verbis tanguntur quatuor
que in aliqua nova assumptio-
ne alicuius congruencie attendi
attenduntur enim primo condicio
persone que assumitur / Status
ad quem persona assumitur / Persona ad per-
quam erigitur. Causa propter
quam preficitur vel id efficitur.
Primo ergo hic describitur pro-
ne assumende ydoneitas
et sufficiencia quia Salomon pro
cathedre assequende nobilitas
et excellencia quia sedebit
super solium meum et regnabit
pro me / 3o promoventis persone
auctoritas et eminentia quia illique

precipiam / 4o cause consequende
utilitas et efficacia quia ut sit
dux super israhel. Est ergo primo
necessarius conveniens dignus et
abilis Salomon / est secundus eminens
clarus et nobilis quia sedebit
super solium et regnabit pro me /
est promovens precellens celsus
sublimis et celebris quia illique
precipiam / est fructus expediens
decens bonus et utilis quia ut
sit dux super israhel ut hodie
intuimur personam nostri electi
gloriose et vehementer comparatam
Salomoni / gloriose et eminenter
collocatam quia sedebit super
solium meum et regnabit pro me /
graciose virtuose racionabiliter
et irrefragabiliter approbatam
quia illique precipiam approbando /
fructuose et utiliter sublima-
tam quia ut sit dux super israhel /
Comparatur ergo gloriose propter
proprium singulorum et quasi
similis convenientie et condicionum
Salomoni / collocatur gloriose quia
assumitur ad fastigium regalis
et tandem imperialis excellen-
cie et dominacionem quia ipse
sedebit super solium meum et
ipse regnabit pro me. Approbatur
virtuose propter iudicium simplicis
sententie et diffinicionis quia
illique precipiam / sublimatur fructuo-
se propter expectationem finalis et
salutaris presidencie et guber-
nacionis ut sit dux super israhel /
dico ergo primo quod tangitur perso-
ne assumende ydoneitas et suffi-
ciencia. Est enim conveniens dignus
et abilis ut intuimur eius perso-
nam gloriose et convenienter

comparatam propter predictam singularis et quasi similis convenientie et conditionem quia Salomon ad eius evidentiam considero quod Salomon in aliquibus perfecit et expressit in aliquibus defecit in aliquibus. Salomon enim profecit in latrie magnitudine in prudentie certitudine in iustitie rectitudine in clementie dulcedine. Salomon autem expressit in sapientie amplitudine in habundantie et opulentie plenitudine in familie amplitudine in quiete et tranquille vite pulchritudine. Salomon defecit ex luxurie et lascivie turpitudine in perseverantie longitudine in ydolatrie multitudine in rei bellice fortitudine. Nostro Salomoni electo comparatur perfectio supatur in expressis perficitur adefectu ut quasi habeant in ordine ad Salomonem triplicem comparationem scilicet adequationis expressi et excedentis nam in primo adequatur in 2° superatur sed in tertio superexcellit vel commendatur. Adequatur enim in magnitudine latrie et devotionis in certitudine prudentie et discretionis in rectitudine distributionis in teneritudine clementie et compassionis. Superatur enim in primis in amplitudine scientie et cognitionis in plenitudine pecuniarie possessionis in amplitudine familie et ordinationis in dulcedine quiete et pacifice gubernationis. Superans autem commendatur in pulchritudine coniugalis continentie et incorruptionis in longitudine finalis perseverantie et durationis in celsitudine divine ordinationis in fortitudine corporalis et bellice experientie et gubernationis. Dico ergo primo quod noster electus Salomoni adequatur in magnitudine

latrie et devotionis sicud enim Salomon totus fuit intentus ad edificium templi et ornamentorum eius et gloriam ipsius sicud dicitur 3 Regum fere ad 8 capitulum sic sicud noster electus sicud ar-epus declaravit predicantem in fundatione novi collegii in castro Pragensi sicud in amplificatione ministrorum deo et beate virgini famulantium in ecclesia Pragensi et in Jornalia pulcherrima dotatione et largitione et ampla dotatione et quod amisit ar-epus in nove ecclesie in regno Bohemie ad eius supplicationem erectionem et per eius dotationem largitam reddituum concessione et in abbatiarum reparatione et in ecclesia Pragensi sublimata erectione et sublimatione ad ecclesiam metropolitanam et etiam aliorum locorum religiosorum fundatione et perpetuarum ecclesiasticarum defensione manifeste apparet ut merito dicatur de eo quod dicitur 3 Regum vij Edificavit Salomon domum et consummavit eam et domino et consummavit eam. Videre quod ista conditio eminentissime et mirabiliter et notoria in rege et maxime debet esse in imperatoribus primo debet eum esse katholicum non scismaticum vel hereticum, devotum non iudeum non paganum de deo et eius gratia non presumptuosum confisus quod pulchre dictum est. Deuteronomio 17 ubi dicitur illum regem constitues quem dominus deus tuus elegerit de medio fratrum tuorum. Non poteris alterius gentis hominem regem facere qui non sit frater tuus qui postquam sederit in solio regni sui describet deuteronomium legis huius in volumine accipiens exemplar a sacerdotibus levitici tribus et habebit secum legetque illud omnibus diebus vite sue ut discat

timere dominum deum suum et custodire et cerimonias eius que in lege precepta sunt neque elevetur cor eius in superbiam super fratres suos neque declinet in partem dexteram vel sinistram. Ecce de electore venerabilem, unde scismaticum eligere aut paganum non debent et conferre aut coronare hominem huius debere nonne abscit omne et videre verbum nobile quia sic dicendus est rex de fratribus per certum constitui non potest et pro ipsum ut pro aliam nisi sit frater per fidem quia si extra fidem esse rex ut imperator in populo Israhel esse non debet potest unde dicit poteris alterius gentis hominem regem facere qui non sit frater sicud in historia themateis preassumpti Adonias filius Agith elevabatur dicens ego regnabo et tamen mistica ipse exclusus est a regno et Salomon filius Bersabee sublimatus est dicente David ipsi Bersabee vivit dominus quia sicud iuravi tibi Salomon filius tuus regnabit post me et sedebit super solium meum pro me sic faciam hodie 3 Regum primo ut expulso illo heterico generatur per ecclesiasticam sacram et est filius septimus per septem dona spiritus sancti iste ergo filius tuus sedebit super meum solium et regnabit et hoc faciam sibi hodie ipsum approbando et electioni eius confirmando. Et videre quod quoque ipse sit katholicus ita devotus ita ecclesie munificus non solum sibi debetur ex successione quia a sanctis parentibus et consiliis sanctis non defendisse sed etiam adeptus sibi ex nomine quia ea talis. Karolus autem magnus devotus

et munificus ecclesie quia Karolus magnus fuit patet historiis multum enim vide de eo legitur quod non videbatur sibi quod posset satis ecclesie dare. Attendens istud quod in omni eo quod datur deo et ecclesie querimus immensitas est mensura vivat ergo rex Salomon 3 Regum primo. 2° dico quod adequatur in plenitudine prudentie et discretionis. Ad litteram enim sicud Salomon fuit prudentissimus sic iste valde prudens est et discretus optime enim sicud prudens anno preterito tempora disposita futura providendo presentia ordinate ordinando et preterita memorando et ista est bene necessaria principi consilio quia secundum 28 dux indigens prudentia multos opprimit per calumpniam ideo dicebat ipse Salomon capitulo vij dic sapientie soror mea es et prudentiam vocat amicam tuam. Et capitulo 4 in omni possessione tua acquire prudentiam arripe illam et exaltabit te glorificaberis ab ea cum eam fueris amplexatus dabit capiti tuo augmenta gratiarum et corona inclita proteget te. Et ideo ipse Salomon 3 Regum 3 petivit a domino qui dixerat ei postula quod vis ut daret sibi cor docile et intelligens ut posset iudicare populum et discernere inter bonum et malum quod et deus sibi concessit unde eidem primo dicit dedi cor meum ut scirem prudentiam et doctrinam. 3° dico quod noster electus adequatur Salomoni in rectitudine iustitie et distributionis. Ad litteram enim sicud de Salomone dicitur 3 Regum 3 in fine audivit omnis Israhel iudicium quod iudicasset rex et timuerunt eum

videntes sapientiam dei esse in eo ad
faciendum iudicium Unde ipse Sa
lomon parabolas edidit ad sciendum
sapientiam et disciplinam ad intelligenda
verba prudentie ad suscipienda erudiciones
doctrine iusticiam et iudicium et equi
tatem Sic ipse dicitur valde iustus
et in punitione malorum et in premiatione
bonorum et in distributione bonorum
ut de eo dicitur illud Jer. 23 Regna
bit rex et sapiens erit et faciet
iudicium et iusticiam in terra et ista
condicio est inabilis nam principia
abhominabiles enim regi qui agunt
impie quia iusticia firmatur solium
et voluntas regum labia iusta Prov.
16 Et ideo Prov. 20 Rex qui sedet
in solio iudicii dissipat omne malum
intuitu suo Unde pulchre loquitur
Job 36 dicens Non aufert de iusto oculos suos sed reges
in solio collocat in perpetuum Justicia
enim elevat gentem miseros facit
populos peccatum Prov. 14 Et regnum
transfertur de gente in gentem
propter iniusticias etc. Eccli. 10 Ut merito
sit sicut ille Salomon cui dixit
Regina Saba 3 Reg. 10 Sit dominus deus
tuus benedictus cui complacuisti
qui posuit te super tronum Israhel
et constituit te regem ut faceres
iudicium et iusticiam Quo quarto
quod iste electus adequatur Salomoni
in lenitate clementie et compassionis
Unde ipse Salomon docebat Prov. 20
clementia preparabit vitam et 16
In hilaritate vultus regis vita
et clementia eius quasi yber
serotinus Unde Ysa. 16 Preparabitur
in misericordia solium et sedebit
super illud in veritate in tabernaculo Da
vid iudicans et querens iudici
um et velociter reddens quod ius
tum est Iste electus dicere potest

illud Job 31 Ab infancia crevit
mecum miseracio et de ventre
matris mee egressa est mecum
Clementia autem est summe ne
cessaria principi Unde dicit Sa
lomon Prov. 20 Misericordia et veri
tas custodiunt regem et robo
ratur clementia tronus eius
Et 3 Reg. 20 dicitur Reges Israhel
clementes sunt Ideo dicebat ille
Artaxerxes cum pluribus gentibus
imperarem et universum orbem mee
dicioni subiugassem nequaquam
volui abuti potencie magnitudine
sed clementia et lenitate gub
ernare subiectos et absque ullo ter
rore vitam silencio transigentes op
tata cunctis mortalibus pace
fruerentur Et quod clementia ne
cessaria est principi deducit dis
serte Seneca in libello de clementia
ad Neronem Unde in fine dicit
quod princeps clemens vivit optatus
desiderantibus cunctis quo nichil dictu est
bilius Unde 3 Reg. 12 dictum est
Roboam filio Salomonis quod si audieris
populum et dixeris eis verba lenia et
respondeas sermonibus lenibus
et clementibus obedient et po
pulus certo tempore Et quia
contrarium fecit decem partes
regni sui perdidit Et Job dice
bat 29 Cum sederem quasi rex
circumstante me exercitu eram tamen
merencium consolator Bene
ergo noster electus adequatur
in istis quatuor virtutibus lapidi
Salomonis quasi in quatuor ornatibus
preciosissimis ornatibus quibus principes
decet diadema cuius
ut sic sit qui predat latro
et decoratus prudentia et discrecione
discrecio et iusticia et distribucione
iusticia et equitate distribucio
compassio et clementia / Quinto

ergo Salomon
1 Reg. 10 comparatur Salomon
Salomon erat in dicione
sua Et 1 Reg. 2 Salomon sedit
super tronum David patris sui et fir
matum est regnum eius nimis Dicere
ergo 20 quod Salomon excessit
noster electus in quatuor primo
in amplitudine sciencie et cognicione
licet enim noster electus sit suffi
cienter quantum pertinet ad principem
secularem litteratus unde et latinum
intelligit et loquitur et multa
etiam ydeomata novit scilicet
ytalicum gallicum slavonicum vulga
rium et teutonicum Tamen ad
scienciam Salomonis non attingit
Salomon enim dicit de seipso Eccl. 1
quod precessit sapientia omnes qui
ante eum fuerunt in Jherusalem unde
disputavit a cedro que est in Li
bano 2o excessit in pecuniarie
possessionibus fuit enim valde di
ves sicut ipsemet dicit de seipso
Eccl. 2 et 3 Reg. 10 dicitur quod
temporibus suis argentum in Jherusalem
nullius precii erat Et subdit quod
fecit Salomon ut tanta habundancia
argenti esset in Jherusalem quanta
et lapidum et Paralipomenon quod argentum
in diebus Salomonis pro nichilo repu
tabatur Et subdit magnificatus
est Salomon super omnes reges terre
divitiis et gloria Iste autem
ut credo non est ita pecuniosus
et certe non mirum quia primo
Paralipomenon 22 legitur quod David
rex reliquit Salomoni filio suo in
expensas domus domini auri talentorum
c milia et argenti mille milia
talenti Eris autem et ferri
non est pondus Credimus autem
quod rex Bohemie pater nostri
electi tante libertatis fuit quod
pro eius debita quam tanta sibi
talenta dimisit sed nec propter
hoc presenti adversarii quam inde
bitanter tenemus quod hoc

omnia adicientur vobis Math. 6
primum querite regnum dei Tercio
excessit Salomon in amplitudine
familie et ordinationis 3 Reg.
10 dicitur quod videns regina
Saba sapientiam Salomonis et domum
quam edificaverat et cibos mense
eius et habitacula servorum et
ordines ministrancium vestesque
eorum et pincernas et holocausta
que offerebat in domo domini
non habebat ultra spiritum Sed quarto
excessit in dulcedine quiete et
pacifice gubernacionis quia ut di
citur Salomon imperat in diebus
pacis Unde 1 Paralipomenon 22 dicitur
quod Salomon fuit vir quietissimus et
requiescere fecit eum dominus ab omnibus
inimicis suis per circuitum et ob
hanc causam pacificus vocatus
est et pacem et ocium dedit deus
Israhel cunctis diebus eius Iste
autem iam habet adversarium sicut
David habuit Saulem illum scilicet
Bavarum hereticum scismaticum mani
festum Sed confido in domino quod
ita erit de eo sicut de David et
de Bavaro sicut et Saule et do
mo eius Unde 2 Reg. 3 dicitur
quod facta est longa contencio inter
domum David et domum Saul
David proficiens et semper in se
ipso robustior domus autem Saul
decrescens cottidie / et notate
quod licet Salomon in pace regnave
rit David autem semper in bellis
et in angustie Non tamen propter
hoc fuit quin David fuit Salomone
forcior sanctior Unico frequenter
deus quibusdam aliquorum temporibus
permittit ut sit eis sicut est victus
ita et occasio salutis Sicut dedu
cit Bernardus in libro de laude nove milicie
Unde de filiis Israhel dicitur Judith
3o Hec dimisit eos dominus aliquas
vivimus regiones alienigenorum ut
alienigenis tenerent

quod hoc ex dei dispo
sicione non potest
vince aliud quere

erudiet in eis virtutes regionis
Christum ut bella addiscant et ha
beant consuetudinem bellandi
preliandi. Et dicit Vi dicit quod
paulatine conspexit illas gentes
et per partes ucbestie multiplicare
tur contra eos bestie infirmales
dicebat 3o nunc electus superans
Salomonem quecumque primo pulchritudine
corporalis continentie et in corrup-
tionem Salomonem enim inclinaverunt femi-
ne sue mulieribus et posuit ma-
culam in gloria sua sicut dicitur
ecclesiastici XL 23 Reg XI Rex Salomon
adamavit mulieres alienigenas
multas iste autem pudoris cum
uxore ut audivimus 2o superat
in longitudine perseverantie et
durationem Salomonem enim in scriptura
bonum habuit initium sed malum
exitum sicut apparet 3 Reg XI de is-
to pessimo quod non solum bonum ini-
tium immo felix medium et felicissimum
exitum habebit semper in devotione
ad deum et ecclesiam persistendo et
certe si oportuerit faceret male quod
eo sicut apparet de omnibus impera-
toribus qui se finaliter ecclesie
opposuerunt sicut de Frederico
et aliis Esto ergo fidelis usque
ad mortem et dabo tibi coronam
vite Apocalypsis 2 quia incassum bene
agitur si ante consummationem finem
deseratur unde de Salomonem Strati-
cum incepit male regere domi-
natum suscitavit sibi adversarium
immo adversatores multos Jerobo-
am et Ada unde 3 Reg XI Susci-
tavit dominus adversarium Salomoni 3o
superat in celsitudine divine adora-
tionis Salomonem enim colebat Astar-
tem deam Sidoniorum et Thamas
deum Moabitarum et Meloch ydo-
lum Ammonitarum sicut dicitur 3
Reg XI Sed noster electus solum

unum deum adorat et illi soli
servivit et serviet in futurum
quarto superat in fortitudine
corporalis et publice experientie
et exercitationem Salomonem in armorum
exercitio non fuit immo dicebat
David de eo Salomon filius meus
parvulus est et delicatus I Paralipomenon
XXII Sed noster electus ad
experientiam fuit in armorum exer-
citio Et in Ytalia et in aliis re-
gionibus attendens illud Vegetii
libro de re militari quod scientia
rei bellice dimicandi nutrit auda-
ciam nemo enim metuit quod
se bene didicisse confidit unde
studium quod quasi alter Judas
Machabeus plus factus est leo
in operibus suis unde ipse
tenens viribus a iuventute fu-
it princeps militie Et ipse
bella proeliabatur I Mach. 2 ut ...
existens quatuor conditionibus Mathe-
ultimis dicamus de eo illud Mathei
XII Ecce plus quam Salomon hic
hoc de primo in quo tangitur
nostri electi ydoneitas et suf-
ficientia ipsius describitur quia
mens distinctus et abilis quia
catholicus et devotus quia iustus
dignus et discretus quia clemens
equus quia pius et clemens quia
quia sobrius et castus ut plura
bellicosus et strenuus ut Salomon
tu est non solum sicut Salomon
sed etiam in aliquibus plus quam
Salomonem Dico 2o quod scribitur
status notabilitas et excellentia
Status enim ad quem assumitur
est eminens clarus et nobilis
unde proponitur collocatur eminen-
ter et gloriose quam prominenter
ad fastigium regalis et maxime dominationis
imperialis excellentie et domi...

unde dicitur in themate Se-
debit super solium meum et ipse
regnabit pro me Ad cuius evi-
dentiam sciendum quod iste sta-
tus imperialis est eminens altis-
et nobilis specialiter propter qua-
tuor primo quia apparet prefiguratus
quia generose derivatus quia
spatiose dilatatus quia gloriose
exaltatus unde habet statum
iste prophetica assignationem celesti
derivationem amplificam dilata-
tionem venificam exaltationem
Dico primo quod iste status est
prophetice prefiguratus habet enim
propheticam prefigurationem ab
Abraham enim secundum expositionem
hebreorum et aliorum sanctorum
illa quatuor animalia que vidit
Ezechiel Eze I significant IIII imperia
que fuerunt leo imperium assi-
riorum quod fuit primum unde
frequenter reges assiriorum
per leonem in scriptura signi-
ficantur Et etiam dicit
aliqui quod leonem in vexillo
portabant et Ninus qui regi-
navit ex isto imperio fuit Beli
pater Nini et duravit illud
regnum M CCC annis sicut
dicit Augustinus XVI de civitate dei
Sed postea translatum est
dei iudicio ad Medos et Persas
sicut patet Danielis V ipso
ante fuit imperium Persarum et
Medorum quod incepit a Dario
et duravit annis CCXXX sicut
ibidem dicit Augustinus significa-
tur autem per hominem quia illud
regnum multo humanius tenuit
regnum Judeorum quam alia unde
cum Babilonem recepisset et me...
dedit licentiam reedi-

ficandi Jerusalem et templum propter
quod scriptura multum eum commen-
dat ut patet Esdre I 2 Bos autem significat
regnum Grecorum quod incepit
ab Alexandro quod numquam certis
duravit quia post mortem Alex-
andri imposuerunt sibi omnes di-
ademata sicut dicitur I Machabeorum
I Istud autem significatur
per bovem quia sicut bos cornibus
cornibus et ...issimum imperium impe-
tit in regnum Judeorum sicut
apparet I 1o et 2o Mach maxime
tempore Anthiochi illustris qui signi-
ficatus est per cornu modicum
quod postea factum est grande
Danielis 6o Sed aquila fuit
imperium Romanorum quod incepit
tempore Romuli regnante Eze-
chia super Judam sicut dicit
Augustinus XVIII de civitate dei
XXII et duravit usque nunc licet
facte sunt multe translationes
per ecclesiam de Grecis in Latinos
et Germanos in personam magni
fratris Karoli sicut dicitur Extra
de electione c. Venerabilem Istud
autem significatur per aquilam
unde et signum Romani imperii
aquila est et sicut dicitur Eze
I inter ista quatuor animalia facies
aquile desuper erat quia istud
imperium Romanum maius et potentius
ceteris fuit unde et Jeronimus super
Danielem dicit imperio Romano
nichil fortius et durius fuit
Figurata enim ista imperia significa-
ta Danielis secundo per statuam
quam vidit Nabuchodonosor
cuius caput caput aureum
pectus et brachia de argento
venter et femora de ere sed

tibeas habebat ferreas partes
iiii cum assimi significantur
per caput aureum . persarum et
medorum per argenteum grecorum
per es sed romanum per ferreum quod
dicit textus regnum quartum illud
ferreum quomodo cum ferrum comi
nuitur et domat omnia sic
regnum quartum comminuet et
conteret omnia / verum est quod
pars pedum ipsius statue erat
ferrea et quedam fictilis quia
sicut exponit daniel regnum
divisum erit et ex parte regnum
erit solidum et ex parte contritum
sicut hodie ad literam cernimus patet
ergo quod istud imperium est amplissime
figuratum ut dicit illud iohannis
v scrutamini scripturas quia
ipse sunt que testimonium perhibent
de me . 2º dico secundo quod iste
status est generose donatus
quia adeo non aliam quam de celo
duxit originem fecit enim deus
duo luminaria / luminare maius
ut preesset diei et luminare minus
ut preesset nocti solem et lunam
per que luminaria significantur
sacerdotium et imperium / sol sacer
dotium luna imperium sicut apparet
extra de maiori . et obe . c . so-
lite ut dicit imperium illud ecclesiastici
xxiiii ego ex ore altissimi prodivi /
omnis enim potestas a deo est
unde dicebat iohannes papa quondam
di si imperator sed imperator imperato
to privilegia potestatis sive que in
administrandis legibus publicis divi
nitus conservatus est et sub
dit quod adeo conservatus est a potestate
patrem quod utique verum est
sed mediante pontificali sicut
apparebit magis infra et cetera
de 3º ad venio 3º

dico quod iste status est spa
ciose dilatatus multum enim dicitur
temporale regnum est quod non
parvioribus limitibus coartatur
et quod habet limites stantes
nos unde secundum legistas prin
patus eius est super omnem terram
et omnis terra est possessio eius
et ipse est dominus mundi / unde
non habet principatum legitimum
sed illegitimum secundum eos
hodie secundum iura canonica principa
tus sunt eciam legittimati
et sicut apparet ex de sen et
re iudi c . pastoralis ubi legitur
tum etiam est quod multo ampliorem
rem quam regnum aliquod tempo
rale habet dilatacionem . ez . 3º per
unus est omnibus imperans omnium
secundum legistas ut omnibus preesset
gen 18 dilataberis ad orientem
et occidentem et septentrionem
et meridiem // 4º dico quod iste
status est gloriose exaltatus
unde non solum extensive pre
cellit alia sed etiam intensive
nobilior enim omnibus est et
ideo quomodo eum ad istum statum
possit sibi dicere quod dicitur deuteronomii
26 faciam te excelsiorem cunctis
cunctis gentibus ut dicit in
quod dicebat david de se
ipso in psalmo excelsum me
fecit super omnem hominem in
possum dicere ysa ii in diebus
novissimis erit preparatus mons
domus domini in vertice montium
et elevabitur super colles et
fluent ad eum omnes gen
tes et ideo merito dicitur
quod sedebit super solium meum et
ysa 9 super solium david et
super regnum eius sedebit ut

confirmet illud et corroboret
in iudicio et iusticia hodie enim
collocabo eum cum principibus
ut solium glorie teneant 1 regum
ii ut merito dicitur illud iheremie
3 posuit solium eius super omnes
principes ut merito dicitur de
eo illud 3 regum primo sedebit
salomon super solium domini regis
et custos placuit et placuit illi
omni israhel sed videte quod
non dicit solium quod sedebit super
solium meum solum temporale pro
quanto meum est sicut magis de
clarabo paulo infra ut dicitur
illud 3º regum i benedictus
dominus deus israhel qui dedit hodie se
dentem super solium meum videntibus
oculis meis sed additur in the-
ma et regnabit pro me ut dicitur
illud psalmi 29 regnabit salomon
filius eius pro eo sed qualiter dicit
pro me modo dimittam sibi istam
cathedram et istam sedem certe
non intendo sed pro me regna-
bit ad honorem meum et istius
sedis / regnabit tunc pro me
regnabit sicut pro regnum
ad honorem dei et istius sancte
sedis totaliter ordinabit / vel
sicut alia littera habet post me
ut illud prius et posterius dicitur
vel ordine temporis quia morior
non nisi et forte me sub
tracto de medio adhuc regna-
bit / vel quia post me ad se
hoc sic dignitate preemi- [illegible]
post hoc dignitate quia sua
merita inferiora sicut dicitur paulo
infra / ut patet hoc originibus
quia sua originatur a mea
sicut statim patebit et sic

post me tempore et post me na-
tura et dignitate et post me ex dicte
ratione eum solio predam
xi et sic patet quod status iste
ad quem assumitur est eminens altus
et nobilis quia assumitur
ad fastigium regalis et tandem
imperialis excellencie et dignitatis
dico 3º ut scribitur promocionem auc
toritas et eminentia quia promovens
est precellens excelsus et subli-
mis quia ego illi prepono / ubi
tangitur iudicium papalis sen-
tentie et diffinicionis illius prin
cipium / ad cuius evidenciam sci
endum quod papalis auctoritas in or
dine ad excellenciam imperialem
habet tres actus precipuos / scilicet
eum approbat / iudicat / regnat /
unde potestas imperialis habet pa
te decretum sive approbacionis
vel confirmacionis / subire iudi
cium sive examinacionis ut dis
cussionis secundum preceptum sive mo-
deracionis vel ordinacionis / dico
primo quod papa habet actum primum
preceptum qui est approbare habet enim
electum imperatorem promovendum per te
decretum sive approbacionis ut confir-
macionis unde extra de elec . c . ve-
nerabilem / dicit quod legatus denun
ciatoris generis officium personam
regis approbavit / et ducis re-
probavit / ut extra de iure . in cle romani
pontifices / dicit dominus clemens
persona ydonea et ydonea re-
putata ipsum denunciavimus denunc
ciamus et declaramus regem romanorum
in ipsius approbacionem personam / eidem
sufficientem et abilem declaran
tes ad suscipiendum imperialis

celsitudinis dignitate et istud
videtur recte pressisse in scrip-
tura examinando Samuel Saul rep-
robavit et David approbavit et
semper deus approbacionem et rep-
robacionem regis israhel fieri voluit
per ministerium sacerdotis Et istud est
circa imperium donum Constantinum et usur-
patum / et donum catholicum et ap-
probatum / quia primo vix pressit in
scriptura sed frequenter est sine
ministerio sacerdotum de quibus dicitur
Osee viii ipsi regnaverunt sed
non ex me / sed principes nescivi unde
secundum fuit figuratum in Melchise-
dech qui fuit sacerdos dei altissi-
mi Genesis xiv Sed primo pressit in Cayn
sicut dicit Augustinus in de civitate
dei c. ii Et ideo Augustinus super psalmum
xl quod reges populi israhel inungebantur
quia habebant iniuncte ordinem
ad deum a quo dependet omnis unctio
merito ergo quia istud imperium ca-
tholicum est et unctionem recipit
per unctiones ad ipsum / debet approbari
per summum pontificem / unde dicit
dominus Bonifacius ad archiepiscopos Ma-
guntinensem Coloniensem et Treverensem
de electione Albati in regem Romanorum
electi inter cetera dicit / ad nos
ius et auctoritas examinandi personam
in regem Romanorum electum pro tempore
cuiusque in unctione / consecratione / coro-
nacione / manus impositione / necnon de-
nunciacione seu reputacione ydoneita-
tis persone ut sacre et nominis
regia / seu racione defectus
persone ut forme approbacio per-
tinere noscuntur / Dico secundo quod habet
papa actum preceptivum quasi iu-
dicativum / Imperator enim habet subire
iudicium suum examinacionibus vel

vel discussionis unde dicitur
in illo c. venerabilem ius et
auctoritas examinandi personam elec-
tam in regem et promovendam
in imperium ad nos spectat qui eam
inungimus consecramus et coro-
namus Est enim regulariter et genera-
liter observatum ut ad eum exami-
nacio persone pertineat ad quem
impositio manus spectat / Et ideo
apostolus dicit primo ad Thimotheum v Nemini
cito manum imposueris Cum autem tempo-
ralis in persona est ante tempo-
examinis honorem plus dignitatis
spiritualis et potestas in ecclesia super illo
... Et ideo dicitur i Cor. ii
quod animalis homo non percipit ea
que scripta sunt dei spiritualia
enim est illi et non potest intelli-
gere quia spiritualiter examinatur
spiritualis homo omnia dijudicat
et ipse a nemine iudicatur Super
illo verbo dicit Augustinus et est in
glossa quod propter hoc spiritualia
comparantur corporalibus ut exami-
nabilibus potestatibus ut examinan-
tur et conveniant ad spiritualia
ament et diligant unde quod
q. c. duo sunt / dicit quod imperator
pendet ex pape iudicio non e
contra / quod satis apparet ex pluribus
examinasse et deposuisse pontifices
pontifices imperatores leguntur
sicut patet novissime decreta-
li ad apostolice de sententia et re iudi-
cata libro sexto Ideo si ad Corinth.
6 dicitur / Nescitis quod angelos iudicabimus / Quanto
magis secularia / Dico
tercio quod papa habet actum impera-
tivum preceptivum quia rectorem impera-
tor enim habet regni preceptivo
sine moderacionis vel ordinacionis

leges enim non dedignantur sa-
cros canones imitari
Unde imperator habet ad eum
intendere sicut ad exemplar unde
dicitur decreto ix q. rex recipit
exemplar a sacerdotibus unde sit
quod agit seu sunt secundum regu-
lam sacrorum canonum bonum
et iustum est Si quid autem
agere eis contra non esset fa-
ciendum sed potius reprobandum
Item hoc dicit decreto xi q. iii si
quis superbierit non obediens
sacerdotibus imperio qui extem-
pore ministrant deo et decreto
iudicis moriatur homo ille
ut nullus deinceps intumesca-
t superbia Mathei xviii Si ec-
clesiam non audierit sit tibi
sicut ethnicus et publicanus
unde Saul quamdiu obedivit
Samueli bonus fuit et prosperatus
est sed quando non obedivit
reprobatus est unde primo Regum xv
Saul dicitur Scidit dominus regnum
a te et dedit illud proximo tuo
meliori te Et fuerunt verba
Samuelis ... Quia ergo istos
tres actus preceptivos habet
Idcirco apparet eius eminencia
et auctoritas Quando enim potestates
sunt inter se invicem ordinate
maior precedit minorem unde Pharao
rex precepit Joseph / et Jo-
seph precepit dispensatori suo
Genesis xl / unde spiritualis potestas
omnibus illis de quo dicit psalmus 2o
Ego autem constitutus sum
ab eo rex super Syon montem sanctum
eius predicans preceptum eius
istud enim preceptum de quo dicitur
Ecclesiastes viii Qui custodit preceptum
non experietur quicquam mali Et

racio satis est quia sicut dicit
apostolus i Cor. vii preceptum non ego sed
dominus preceptum apostolicum preceptum do-
mini est ideo dicebat apostolus ad
Cor. quod precipe ut reprehensibiles
sint ideo et ad ~~Thessal.~~ dicit confidimus
de vobis quod que precipimus vobis
et facitis et facietis Dominus autem
dirigat corda vestra in sanctitate
caritate dei et paciencia Cristi unde
di. x c. Certum est / Hec regibus
dicitur quod hec regibus nostris
est salutare ut voluntatem suam
Cristi sacerdotibus studeant subde-
re non preferre sacro sancta per corda
principes discant porius quam docere
et ecclesiasticam formam sequi
Et videtur michi quod ex istis tribus
patet quod eminencia papalis habet
in ordine ad excellenciam imperialem
quasi triplex genus cause sicut
deus habet in ordine ad creatu-
ram primo quidem efficientem et
effectivam / 2o exemplarem et
directivam / 3o finalem et comple-
tivam / potestas enim imperialis a papa
confirmatur / a papa exemplariter ad
papam tendit / dimisso quomodo
a papa exemplatur quia satis
statim probatum est / primo declaratur
quod a papa originatur / et istud
procedendo dupliciter primo quidem in
genere quia potestas temporalis est /
2o in specie quia translata est per
personam deo primo auctore Hugonis
qui libro suo de sacramentis parte et
li° 2 c. x dicit sic Due sunt
potestates secularis et spiritualis / et
in utraque potestate divisi sunt gradus
et ordines potestatum sub uno
tamen capite distributi et quasi
ab uno principio deducti et ad unum
relati / Terrena potestas caput
habet imperatorem vel regem

Thessal. 3o

potestatum

Spiritualis potestas cepit per Christum pontificem ad potestatem regis pertinent que terrena sunt et ad terrenam vitam facta, ad potestatem summi pontificis pertinentia spiritualia sunt et iure spirituali attributa unicuique. Quantum autem vita spiritualis dignior est quam terrena et spiritus quam corpus, tantum spiritualis potestas terrenam sive secularem potestatem honore et dignitate precedit. Nam spiritualis potestas terrenam potestatem et instituere habet ut sit et iudicare habet si bona non fuerit. Ipsa vero a deo primum instituta fuit. Fuit et cum deviat a solo deo iudicari potest. Sicut scriptum est: Spiritualis homo omnia diiudicat et ipse a nemine iudicatur. Quod autem spiritualis potestas quantum ad divinam institutionem spectat et prior sit tempore et maior dignitate in illo antiquo veteris testamenti populo manifeste declaratur declaratur, ubi primum a deo sacerdotium institutum est, postea vero per sacerdotium iubente deo regalis potestas ordinata. Unde adhuc in ecclesia dei sacerdotalis dignitas regalem potentiam sanctificat per benedictionem et format per institutionem. Ex qua auctoritate patet quod potestas spiritualis temporalem instituit ut sit et iudicat si bona non fuerit et confert ut bona sit. Item quia non cuicumque potestati sed potestati spirituali et sacerdotali dictum est Ieremie primo: Ecce constitui te super gentes et regna ut evellas et destruas et disperdas et dissipes et edifices et plantes. Istud enim verbum non est dictum ut regi

nec imperatori sed Ieremie qui fuit de sacerdotibus Anathot, sicut patet Ieremie primo. Secundo quod potestas ista temporalis katholica est et approbata [illegible] sunt a potestate spirituali patet per primum Regum viii, quia populus Israhel petiit regem sed non a quocumque sed a Samuele, unde dicitur ibi: Constitue super nos regem qui iudicet nos. Et ibidem dicitur: Da nobis regem. Unde non ad electionem populi sed ad petitionem dumtaxat Samuel iuxta consilium dei eis regem dedit Saul. Et idem ergo fuit de David, primo Regum 16. Et Ioiada sacerdos Ioas constituit regem et collocaverunt in solio regali. Alia que [illegible] regum usurpare voluerunt iusto dei gladio perierunt, patet de [illegible] Paralipomenon 23, et patet de aliis rebus. Secundo videtur michi hoc fuisse figuratum [illegible] Numeri xi ubi dominus [illegible] Moysi quia gravabatur in multitudine regiminis voluit quod idem Moyses lxx viros eligeret qui iuvarent ad populi gubernationem, et dicit textus quod ipsis dedit deus non in mente spiritum sed mediante Moyse, unde dicitur in textu: et quod tulit de spiritu Moysi et dedit illis, ut recte [illegible] potestatem temporalem a sacerdotali derivatam. Moyses enim et Aaron in sacerdotibus eius in psalmo. Et licet isti lxx discipulos [illegible] tamen multo magis fuerunt figurati [illegible] potestatis temporalis derivate

a spirituali. Isti enim sunt electi ad potestatem temporalem non spiritualem, quia non omnes erant de tribu Levi sed de cuncto populo Israhel et de qualibet tribu erant aliqui. Sola autem tribus Levi potestatem illam habuit spiritualem. Item ad hoc videtur multum facere quia a principio ex quo fuit rex catholicus et approbatus sacerdotium et regnum in una persona [illegible], ut Melchisedech qui fuit rex Salem erat sacerdos dei altissimi, Genesis xiv. Et iste dicitur fuisse Sem filius Noe ut dicit Ieronimus et ponitur in glosa Genesis xiv et similiter de hebraicis questionibus, et refert magister in historiis quod omnes primogeniti a Noe usque ad Aaron fuerunt pontifices et aliorum reges et habebant. Moyses autem et Aaron erant de sacerdotibus et utrisque correspondent [illegible] ante adventum Christi scilicet tempore Machabeorum idem fuerunt sacerdotes et duces et Mathathias et filii eius. Augustinus etiam refert 18 de civitate dei capitulo 36 quod post reductionem de captivitate Babilonica et restaurationem templi reges quos habuerunt sicut Aristobolus et Alexander fuerunt eius fuerunt etiam principes et sacerdotes. Secundo patet per hoc quod scribitur 2 Machabeorum [illegible] ubi dicitur quod Onias sacerdos et Ieremias etiam sacerdos apparuerunt Iude qui tunc regebat populum Israhel. Ieremias autem extendit sibi dexteram et dedit ei gladium aureum dicens: Accipe

gladium sanctum munus a deo in quo deicies adversarios populi mei Israhel. Per gladium autem potestas etiam secularis, unde ad Romanos 13: Non sine causa gladium portat. [illegible] per manum sacerdotis. Ad hoc etiam fuit clare de mandato Luce 22 ubi Christus in collegio apostolorum duos gladios esse voluit sed unum per eos exercendum, alium per reges et imperatores, sed et nutu et imperio sacerdotis. Sicut etiam dicit Bernardus de consideratione ad Eugenium [illegible]. Unde dicit etiam ibidem quod si uterque gladius non pertineret ad collegium apostolicum, dicentibus apostolis Ecce duo gladii hic, non respondisset Dominus Satis est, sed respondisset nimis est. Octavo quia Deuteronomii 17 dicitur quod si difficile et ambiguum apud te esse perspexeris iudicium inter sanguinem et sanguinem, causam et causam, lepram et lepram, surge et ascende in locum quem elegerit dominus deus tuus, veniesque ad sacerdotes levitici generis et ad iudicem qui illo tempore fuerit et queres ab eis qui indicabunt tibi iudicii veritatem, facies quecumque dixerint, sequeris sententiam eorum nec declinabis ad dexteram neque ad sinistram. Ubi apparet manifeste quod finale iudicium pertinet ad sacerdotes maxime ad summum pontificem sacerdotem et quantum ad secularia et spiritualia instituta. Et etiam per ea que significarunt per iudicium inter lepram et lepram. Sed ergo quo ad similia omnia que significarunt

per iudicium vel consilium et causa
Sed etiam quantum consilia que per [illegible] con-
ficiuntur per iudicium nec perficiuntur
et sanciuntur. Sed quia propter
legem tulit amore istius iudicii
consilium quantum ad mortem noluit
per sacerdotes novi testamenti ex-
erceri. Primo dixit petro Conver-
te gladium tuum in vaginam
luce xxii voluit tamen ad eius
nutum et imperium exerceri. Quia tamen
cristus fuit utriusque potestatis spiritualis
et temporalis et fuit verus pon-
tifex et verus rex ut alias suf-
ficienter deduxi unde utramque potesta-
tem dimisit petro dicendo sibi
Quodcumque ligaveris etc. Math.
xvi et ideo ait dicit omnes doctores
quod cristus beato petro eterne vite
clavigero terreni simul et celestis
imperii iura commisit. Et quia ho-
die decretum est in illa decretali
unam sanctam in fine ubi dicitur
quod credere omnem humanam cre-
aturam in spiritualibus et temporalibus
subesse romano pontifici est
de necessitate salutis. Et sic patet
primo declaratum scilicet quomodo
subest quia potestas temporalis est.
Sed nunc probo hoc in speciali quia
ista potestas imperialis est a papa
et hoc probo quidem per similitudinem [Quia]
quod cum constantinus dimisisset totum
imperium occidentale beato silvestro
et eius successoribus sicut patet
in illo capitulo constantinus di. xcvi ... di. xcvi
constantius papa postea illud occi-
dentale imperium transtulit in ger-
manos sicut est supra declaratum
ergo a papa est originatum.
2o quod quidem est causa cause
est causa causati. Sed nulli du-
bium est quod potestas eligendi imperato-

rem est principibus electoribus ab
apostolica sede concessa sicut dicitur
in decretali venerabilem et ma-
gis extra ... quia ecclesia et nat-
ione alemanorum hanc potestatem est
concessit et ita eam dispensavit
ergo etc. 3o quia plus dat
ius confirmandi et approbandi
quam eligendi intelligendo electio
ex electione non videtur nisi
nominatio initium. Sed per confirmationem
nominatio videtur esse ratum et
ratificatum et contractum sed
papa habet electionem in imperato-
rem approbare ergo potestas suorum
confirmatur a potestate spirituali proprie
res finaliter redit ad manum suam
unde ad locum unde exeunt flumina
revertuntur ut ait ecclesiastes. Impera-
tor per adventum varum impe-
ratorem administrationem imperii ad papam
suo pertinet ut extra de foro com-
petenti et extra de re iudicata
cum licet et extra de re iudicata quod de
totalis inde patet ergo quod
pendet ab ea sicut a causa effectiva
et originali. Quod totum hoc apparet
manifeste in uno exemplo de sole
et luna. Luna enim nullum lumen
habet a se sed totum illud quod
habet recipit a sole. Cum ergo sol
significet potestatem imperialem per
solem potestatem spiritualem patet quod
potestas imperialis dependet et
originatur a papali unde
quia illuminare est actus hie-
rarchicus et ierarchia non
nisi sacerdotium principatus Imperator
necesse spiritualis recipit imperatorem illuminatur
Et ideo dixi in thematem illius
principium est [illegible] in precepto
ei dicens ... autem
fidelis et corde perfecto patet
ergo quod ista potestas dependet

a papali sicut ab originali et
effectiva. Quod autem dependeat
ab ea ergo sicut a finali et com-
pleta patet sic per suadeo ierarchia
terrena exemplata est a celesti
apocalipsis 21 vidi civitatem sanctam
descendentem de celo etc. Sed in celesti
ierarchia est unus supremus ierar-
cha scilicet deus et intrinseci et hanc
processum prosequitur [Dionisius] 3o de
celesti ierarchia dicens sic ergo per
similitudinem dictum ...
quod sicut illic seraphim et
cherubin et ceteri [quinque] ad
angelos et archangelos ordi-
nantur sub uno capite deo ita
hic quoque sub uno pontifice
summo Et subdit nec enim ter-
rena quam deus habet autorem et
vent unquam decimas oblaciones et
primicias eos excusat de mortali peccato
et quod nunquam teneantur solvere Cui interroga
cioni respondendo et semper me deter
minaui sancte matris ecclesie et domini nostri
pape martini quinti subiciendo et si
quid dixi iure canonico vel divino de
ero revocando dixi et dico quod consuetu
do que est dumtaxat contra ius divinum aut mo
rale preceptum seu contra canonica statuta
non valent non vacent ut ponitur in c. 1.
et de arbitris facit et dixi et conclusi
in causam qualibet consuetudo non
solvendo veri non decimas de omnibus
que crescunt ut sunt boves iumenta
et alia grana fructus et eciam

Exposicio

que omni renouantur ut sunt vinee oli
ue salice et alia et arca idem ponitur
ista conclusio Decima est iuri naturali et diuino
commendata et sicud preceptum mortale cuius-
modi in precepto tradita patet prima quia
sicud probabit ex consequentibus sicut enim
consuetudo de non obseruando decem pre
cepta dei que sunt moralia vel de non
recipiendo baptismum seu eukaristiam seu
aliquod aliud sacramentum non liberat
aliquem a mortali peccato nec ab inferno
secundum legem communem Sicud consue-
tudo sola de non soluendo decima vel
primiciam non excusat quemquam fidelem
qui tenetur soluere a tali crimine nec te
in uero iudicante iudicante et nec sic dicta
est bona et valida seu approbata nec per
ecclesiam qua regitur spiritu sancto esse po
tuit vel potest totaliter vel partialiter
in perpetuum esse confirmata seu concessa
quo ad ius percipiendi decimas seu spiritualis
non soluendo alicui laico cum ipse decime ad
viros eos ecclesiasticos solum pertineat ut
patet x q iii una et xvi q vii decimas
et extra de decimis tuam nobis Item hec con
suetudo que impedit solucionem decimarum
preiudicat iurisdiccioni et sanctorum patrum
determinacioni et est irracionabilis et con
traria iuri naturali et iuri diuino et iuri apostoli
co aut iuri positivo ergo non est tenenda
nec potest prescribere contra ecclesiam ut patet
viii di per totum et extra de consuetudine c. ult.
et ex hiis patet quia et cum probatur quod
preiudicat iuri quod ut patet in multis
locis decretorum et decretalium lex sentit
xvi q i per totum et extra de decimis per totum
xxxv pt hoc et extra de prescripcionibus c. ult. est
etiam irracionabilis dupliciter primo
quia est contraria iuri naturali quia naturalis
racio dictat ut quicumque saltem populi ministra
re et providere debeant ad vitam necessaria
habere quibus cum propriis stipendiis mili
tat dicit apostolus i ad cor ix c. laborat
enim quod ex optat dicit philosophus nullus vir-
tutem amplectitur premia si tollis ait in
venalis et bonorum labor gloriosus est sicut
tus dicit sapiens alter alterius onera
portate secundum apostolum Consuetudo etiam
hec non soluendi decimas est contraria
iuri diuino unde dicitur in leui ult. c. precipit
dicens dominus omnes decime terre de frugibus
siue de pomis arborum domini sunt et illi
sanctificantur boues et oues et capre

que sub pastoris virga transeunt quod
quid decime erunt sanctificabitur dominus non
eligetur bonum nec malum nec alios mu
tabitur hoc enim faciendo quod contra ius diuinum
peccatores fuerint mortaliter peccat a quo
peccato non potest excusari de lege quod aliquam
consuetudo ergo hec consuetudo non soluendi
decimas nullatenus est in dei ecclesia tenenda
Item nulla consuetudo potest prescribere contra
res spirituales vel annexas spiritualibus aliis
vel usura et symonia prescripsissent
contra ecclesiam et sacramenta et ecclesiasti
ca beneficia quia diu est quod magna
tempora regnauerant in plebe et populi
Sed decima est res spiritualis dumtaxat sacra
sita vel res annexa spiritualibus vel res
spiritualis deo consecrata ut per [illegible]
doctores ergo contra decima non prescri
potest esse nec debet sustineri aliqua con-
suetudo et quod illa minor sit vera patet
per doctores sanctos qui dicunt quod de iure
iure debentur decime ecclesiis primo intuitu
tu diuini cultus obsequii in eis prestiti et
notatur xi q i quesiti et extra de decimis
c. ix unde decima danda est et maxime primicia
propter sacra et maxime primicia
ut dicit c. tua de decimis in iure canonico
unde non est conformum et hec ut decideris
ecclesia persolucionem decimarum qui ab eius
eius recipit salutare sacramentum item
quod debent ecclesie decime in signum vniuersalis
dominii cuius dominii causa deus voluit sibi
de creaturis reservare cuius per sacra ipse
deus producit fenum et herbam servitu
ti hominum ipse producit panem de terra et vi
num ut letificat cor hominis ipse dat lignum
campi et cedros libani ipse plantauit
ipsius est mare et ipse fecit illud et siccam
terram formauerunt manus eius et orbis terra-
rum terra et plenitudo eius et orbis terrarum et uniuersi
qui habitant in eo Demum ergo ex
de illis que nobis dedit fructus decimas
aliud ipse dignatus est a nobis decimas
recipere quia totum ad vite necessaria
est dignatus dare ut patet in c. causis
xvi q i et ideo propter huiusmodi dei re-
cognitionem ac grauem acionem tenemur
decimas dare deo et eius ecclesie nec potest
nos aliqua consuetudo ab solucione decima-
rum excusare ut notatur in c. reuertimini
xvi q i et extra de decimis tua nobis quod
ego vos dominus ubi dicitur hec decime et
clericis et deo multi sunt beneficiati et
religiosi Iudei ecclesie ministri non ha

bentes curam animarum nec dantes sa
cramenta qui percipiunt decimas Patet
ergo ex istis quod hec consuetudo detestanda
est et per reformacionem ecclesie omnimode
tollenda est etiam contraria hec con-
suetudo iuri et legi ewangelice que
dominus mandauit suis discipulis Math
x c. Cui verba dei predicant et salutem
populi procurant ut faciunt veri ecclesiastici
dicentes In quacumque domo intraueritis
ibi manete dignus est enim operarius in
mercede sua et dignum est etiam De decem
partibus pro eius sustentacione una parte
habeat qui cum suis oracionibus sacris
predicacionibus nouem alias partes a deo
christo ihesu in panem vino et fructibus iume
ntis et bestiis aliis rebus ad vitam necessa
riis procuret omnibus fidelibus Con
sideratur ergo et reuereantur non soluentes
decimas per consuetudinem pessimam
est enim hec consuetudo abhominabilis
contra legem apostolicam que dicit si nos
spiritualia seminauimus quare carnalia
non metamus Iustum enim est qui altari
seruit de altari viuere debet hec autem
consuetudo cum sit contra legem nature
et diuinam omnimode est tollenda et reforma
nda ac ad statum pristinum reducenda secundum
sacrorum primum sacra concilia in decretis
et decretalibus determinata Ex quibus
conclusive deducitur quod reges principes
nobiles rustici et vtriusque sexus persone
seculares vel persone ecclesiastice que de
propriis rebus seu de patrimoniis tenent
dare decimas et iniqua eas soluunt de
consuetudine suis ordinariis vel pres-
biteris aut aliis personis ecclesiasticis Di
cit eas soluunt non soluunt eas veri
tatis decima scilicet de decem partibus vna
ut pluribus vnicam rem Sed soluunt quod de
vicesimam vel centesimam vel tricesimam aut alia
minorem partem de rebus que in anno
crescunt et renouantur ut potest semi-
num liquorum fructuum bestiarum et aliarum
rerum que acquiruntur de lucro seu
negociacione aut labore humano ut man-
dant et canonica scriptura omnes ta-
les sunt filii perdicionis non obstante
quacumque consuetudine ymmo vera
cuius impatore et violenta occupacione
et sunt in statu eterne dampnacionis
et eis participantes consilium auxilium
consensum aut defensionem directe aut
indirecte qui non soluunt decime in
reuerencie presentes ipsi omnes et singuli
sunt fures et latrones bonorum dei et

sacrilegi excommunicati et ab omni ordine et indulge
ncia missa sacrificio et beneficiis segregati
et si per se uel suos heredes non satisfaciat
ante mortem si sint in soluendo et non
restituat eis non prodest ad salutem sacerdotis
proprio aut sacerdotis absolucio aut con
fessio et cum Iuda proditore sicut predatores
thezauri dei qui est decima infideles et ingrati
sunt in inferno erunt perpetue dampnati Et
qui moriuntur in peccato mortali rapine et
spoliacionis ac detencionis decimarum et primi
ciarum notorie obstinati Ideo in ecclesia
vel cimiterio non sunt sepeliendi nec ob
laciones nec pro eis debent fieri et hoc prin
cipaliter dico de manifestis occupatoribus
decimarum et primiciarum qui tenebant soluere
et non curabant soluere quicquid fuissent
per sacerdotes vel suos ordinarios requisiti
ac moniti Alios autem non requisitos non
audeo a peccato excusare cum ad solucionem decimarum
teneantur et obligentur diuina lege cum sit pre
ceptum morale quod ignorancia excusat ut
postea dicetur non obstante quacumque con
suetudine dissimulacione et taciturnitate ac
temporis duracione que contra precepta moralia
non possunt prescribere decurrente lege Sed
iam forte interroga qualiter isti detentores
decimarum ac primiciarum sunt fures et latro
nes sacrilegi et depredatores mandati
dei ecclesie et totius ecclesie inimici et inuaso
res respondeo quod non solum ipsi sed et fauto
res ampliatores et consencientes eis
quia pari pena plectuntur peccant grauissime
primo peccant sacrilegi quia recipiunt deci
mas et primicias que sunt deputate a deo
et ab ecclesiis ministris ecclesie sicut testatur
sanctus thomas ii ii q. articulo 3o vbi dicit
Sacrilegii crimen incurrit quicumque ea que
sunt ordinata ad sustentacionem ministrorum
ecclesie sint mobilia siue inmobilia recipi
unt et xvii q iiii c. sicud quis ipsi dicitur
qui per furtum vel per vim aufert pos
tea in ecclesia sacrilegus reputatur seu iudi
catur Ex hiis dicitur quod non soluentes
decimas vel detinentes aut primicias seu
oblaciones vel alia bona ecclesiastica vel
furantes seu retinentes decimas per viole
nciam vel cum minus seu rapina recipientes
vel occupantes sunt sacrilegi Sed quia
ois sacrilegus est ipso iure excommunicatus
patet xvii q iiii c. canonica et xvii in c.
omnes ecclesie et hec excommunicacio est maior que
separat sacris aut ab ingressu ecclesie et
sepultura ecclesiastica et fidelium ut patet

in q. iii c. engeltrudam unde quod omnes tales sunt excommunicati maiori excommunicatione dicitur in titulo de re e. et non alie c. hoc consultissimo ubi dicitur quod omnes illi qui capiunt bona ecclesie vel decimas vel res alienas ecclesiarum sunt excommunicati ipso iure maiori excommunicatione Item quod tales decimas non solventes sunt fures et latrones

predones

et predatores manifesti dei ac sponse sue scilicet ecclesie patet xvij q. i c. quicquid et xvi q. i. Decime quia decipiunt ac retinent et recipiunt et tributa egentium animarum que sunt decime ecclesie unde ex debito requiruntur et non sunt in consilio sed sunt in precepto ut dicetur postea et non donantur a populis uni ecclesiastice ac elemosina sed potius ut debitum et obligatio et tributaria ut sit cibus in domo domini ministris et sacerdotibus dei ut glosa dicit super c. maiores xvij q. vii et dicit augustinus sentencie unde quod ideo huius temporibus fuit sepius inde et terrestilitas et victualium caristie ac fames quia decimas deo non solvunt christifideles unde ipse dicit sic maiores ideo copiis omnibus habundabant quia decimas deo dabant et censum reddebant modo autem quia decrescit devotio fidei ac crescit indictio fisci i. exactio fisci qui fiscum et tollet fiscus quod non tollit christus et ibi glo. decretum dicit quod qui dare nolunt decimas res alienas invadunt et tenent ad restitutionem nec possunt absolvi nisi primo restituerint Ex quibus ostenditur quod non dantes decimas veri nomine de rebus omnibus que renovantur vel nascuntur in anno aut acquiruntur labore lucro arte negotio seu questu seu negantes vel abscondentes vel furantes vel occupantes iniuste et eas consumentes peccant mortaliter et sunt fures et latrones quia contrahunt rem alienam invito domino suo quia ipsius nomine non obstante quacumque consuetudine antiqua que non tenet quia sit decima rebus spiritualibus annexa nulla ratione potest defensari nec tueri quod non solvatur

consuetudine antiqua que non currit prescriptio in decimis a laycis possessis ut notatur in c. causam quod in titulo de prescriptionibus et ecclesia quia excommunicatio non datur nisi pro mortali peccato ideo omnes tales decimas non solventes sunt excommunicati ut dictum est et non possunt absolvi nec excommunicari nisi primo restituat vel dant tantum nomen decime restituendo vel ipsis pro ecclesiam loco elemosine vel ut pauperibus debita remittat Et hoc principaliter dicitur de manifestis de more detentoribus decimarum et primiciarum qui sepius requisiti nolunt solvere allegantes eorum consuetudinem pessimam unde in notatur in glo. super c. male quibus decimas solui contradicit quod non in eo quod non solvunt tantum consuetudo enim vz et alie c. quicumque xvi q. vii et dicit etiam nec compositio nec pactum contra hoc per ecclesiam iuste fieri potest ut aliqua persona quod non teneatur decimas solvere vel quod minus solvat quam decimam scilicet de decem partibus unam partem contra ius ecclesie est preceptum divinum contra quod non potest dispensare papa et allegat super dicit in glo. super decretalem extra de consue. v. ti. in glo. super c. venerabilis et idem videtur dicere c. causam extra de prescriptionibus ubi dicitur quod laici decimas prescribere non possunt hoc idem dicit c. pervenit xvi q. i. quia aliqua dicit Immo idem concipit sic aliqua consuetudine tueri quominus non satisfaciant licet enim parochia contra parochiam prescribit in decimis et contra consuetudinem ut dicit c. de quarta extra de prescriptionibus nusquam tamen ex sola consuetudine singularis contra aliqua persona singularis contra ecclesiam in decimis prescribere potest nisi forsan ad tempus ubi fuit privilegiata privilegio pape primo tanto est in maiori peccato mortali quanto negligencior in solvendo et hoc etiam corroborat hostiensis in titulo de decimis versu restat ubi dicit quod decime maxime personales ex precepto dei debentur et contra illud precepto nec in toto nec in parte vel divino aliqua potest valere aliqua consuetudo non liberat debito ergo sola consuetudo

torum decimarum etiam non liberat ubi non solvunt homines nisi vicesimam vel quindecimam partem aut centesimam vel aliam partem minorem decima parte que est quod de decem partibus una etiam non excusatur ubi homines non solvunt de decem ... de castaneis de fructibus de ortis de sale de olive de lane de rebus aliis ... Illa consuetudo non excusat ut dicit Bernardus in c. super quibus de decimis ... videtur ergo quod in ytalia vel in corsica aut alibi ... seu aliquis nobilis vel rusticanus vel clericus vel monachus seu heremita seu aliqua congregatio seu patria non solvunt decimam vel primiciam quod sola consuetudo eum vel eos non excusat quod non obstante tali consuetudine ecclesia quere[n]tur sed ipso facto decimas tam prediales quam personales recipit solvere integre nisi in persona tantum consuetudo excusat de consensu ecclesie ad tempus etiam etiam non excusat nisi primo et sepius petit illas personas decimas sibi remitti ab ecclesia ambire et ubi dicit Innocentius Confirmando ergo me divino iure et canonica dico ego pauper andreas episcopus civitatis hyspanie quod quecumque persona illius civitatis insule corsice vel alterius partis teneatur dare decimas seu primicias ut dictum est solvere compellenda est per censuram ecclesiasticam et per excommunicationes et interdicta locorum ecclesiarum et personarum quousque solvat sicut de decimis ... ut ponitur in decretali tua nobis extra de decimis et c. tua nos pro Et in omnibus festivis diebus et singulis ecclesiis illius diocesis tam in publico quam in missis et officiis tam per fratres mendicantes quam per monachos et regulares personas questuarios et seculares sacerdotes et clericos debet ut mandavit bonifacius huius predictis decime et denunciari excommunicati ipso facto per sententiam notorii detentores decimarum et primiciarum et ulterius contra ipsos procedere invocando brachium seculare debet prelati ad maiores penas formidabiles eam pro captione rerum aut personarum si opus fuerit sicut contra rebelles tyrannos predones fures latrones et sacrilegos et fidei catholice ac legi divine hostes et contrarios ut quos timor dei a malo non revocat severitas coerceat discipline dum vivunt in hac vita si ad finem vite advenerint etiam huius detentores decimarum carere debent sepultura ecclesiastica nec debet pro ipsis fieri aliqua oratio seu missa ut notatur in titulo de decimis c. prohibemus nisi Ex dictis ergo patet quod

Pessima consuetudo non solvendi decimas personales nec prediales est per sacrum concilium per papa extollenda et penitus extinguenda Et hec de secunda interrogatione Sequitur modo de tertio

Tertio querebatur a me ibidem scilicet corsice Quid sit ista decima quam dominus iubet dari et ergo dixi eis

quod hec decima est omnium bonorum iuste acquisitorum sive in predialibus talibus scilicet de decem partibus una pars dei debita ut ponitur in c. n. de decimis et c. tua quia dicit hostiensis super se extravaganti de decimis quod de ... licite acquisito debet dari decima predialis non solum a iusto sed etiam a violento et predone possessione etiam a iudeis sarracenis et ab heretico etiam si seminat cum scientia quia non datur ratione fructus sed ratione predii Sed in personalibus aliter est quia sicut elemosina non debet fieri de illicite acquisitis ita nec decima personalis debet solvere de meretricio nec de hystrionatu licet in ipsis transferatur in dominium nec ecclesia videatur comprobare crimina etiam ubi non transfertur dominium rei quod est iniuste acquisita ecclesia dei non recipit decimam et in furto violencia et rapina symonia et usura talia iniusta non in ludo taxillorum in sententia iniqua scriptura falso bello et gwerra iniusta de oppressione pauperum et captione et spoliatione rerum ipsarum

Quarto fui interrogatus qualiter est per preceptum adeo quod debemus solvere decimas et primicias et oblationes ubi reperitur hoc et rudi ad hoc

secundum omnes doctores theologos et iuristas Solutio decimarum est preceptum morale et in preceptis et oblationibus includitur et sic est de primiciis et oblationibus quod probatur quia in primo precepto quod dicitur Dominum deum tuum adorabis et illi soli servies includuntur hec tria decima primitia et oblationes quia adoratio est cultus latrie Cultus autem latrie non est sine dei servicio ac reconciliatione ergo quia per illa tria deum recognoscimus et illi soli servimus ideo illa tria in precepto primo quidem morale includuntur Sunt ergo illa tria de essencia precepti moralis Item in primo precepto 2e tabule quod dicitur parentes tuos honora includuntur illa tria honoramus enim deum de substancia nostra per oblationes et primicias ergo tenemur illa tria ex se quo sunt precepta moralia et pro loco et pro tempore ea non ad implenda sunt sed pretermittendo peccamus mortaliter Et si queritur qualiter ad ipsa obligantur in se ipso ideo quod obligantur ad ipsum ut dictum est iure naturali iure scripto iure divino iure legis

euangelice aucte ecclesie catholice qui
spiritu sancto regitur ordinatione et primo te
netur iure nature quia consonum est rationi ac iure
ut sicut dignus operarius mercede sua et qui se
minabat spiritualia debent metere carnalia secundum
apostolum ut sic ea dari et accepti sint per preteritum labo
rum honorum gloriosus sit fructus ut dictum est
tenentur etiam xpiani ad illa iure scripto
primo quantum ad oblaciones quia est scriptum Ex
odi xxv Secundo quantum ad primicias tenentur
quia in exodo scriptum est loquere filiis israel et
tollant michi primicias ab omni homine qui offert
ultro oblaciones accipietis eas et exodi xxii decimas
decimas tuas ac primicias non tardabis of
ferre primogenitum filiorum tuorum dabis mihi
de bobus quoque et ovibus similiter facies
et in leuitico scribitur cum messueritis segetes
afferetis manipulos spicarum primicias mess
is uestre ad sacerdotem qui leuabit fasciculum
coram domino et acceptabilis sit coram vobis 3o
quantum ad decimas obligantur ac quia deus
dicit et precepit malachie iii inferte
omnem decimationem in horreum meum ut sit
cibus in domo dei mea Iure canonico euan
gelico tenentur ad illa et primo quantum ad ob
lacionem exemplo xpi pro quo maior ob
tulit in templo unum par turturum aut
duos pullos columbarum et sic etiam patet
de decimis et primiciis quia xpus precepit
dare dicens reddite que sunt cesaris ce
sari et que sunt dei deo Et hoc intelligit xpus
tam de decimis predialibus quam personalibus
quia etiam tenentur reddere xpiani deci
mas ipsas ex precepto ecclesie dei que spiritu
sancto regitur ordinatum Ita de prediis
sicut de animalibus sicut etiam de laboribus
et lucro uel arte acquisitis ut patet per totum
in decretis xvi q. i. et ii. et iii. decretalibus
extra de decimis Ex quibus omnibus patet
quod solucio decimas personales et prediales
primicias et oblaciones sit preceptum mora
le et non potest ipsum aliqua consuetudo
excusare quantumcumque sit diuturna tum sit
de iure diuino Ideo quod nec aliqua consuetudo
nec ipse papa nec aliquis mortalis homo
potest dispensare secundum et allegat Innocentium in
c. venerabilis de consti. v. tr.

Sexto querebatur a me
quando et qualiter a domino deo
illa tria scilicet decima primicie et
oblaciones instituta seu conces
se et respondi et dixi quod primo
fuerunt oblaciones quam primicie et primicie
quam decima In mundi enim principio in lege
nature saluabantur homines solum per oblacio
nes et sacrificia ut dicit magister sententiarum
libro quarto sicut patet de cayn et abel qui
offerebant domino manipulos messium ac pri
mogenita ovium post crescente cultu dei pre
cipit deus ministris domus sue qui sunt sa
cerdotes sacerdotes quasi sacra dantes vel
sacrificia offerentes oblaciones non tollendas
sed primicias addendo vero postea magis cultu
dei triumphante et crescente propter multitu
dinem ministrorum ministrorum ecclesie addidit de
illis duobus decimam et reseruabit sibi deci
mam partem rerum omnium que crescunt et renouan
tur et acquiruntur omni anno quod precepit que pre
cipit dare filiis leui et ministris in ecclesia sub
pena peccati mortalis

Septimo fui interrogatus qualiter obli
gantur dare oblaciones dixi
voluntarie dixi ac dico quod licet
ipse oblaciones que nunc fiunt de
pane et candelis aut de pecuniis
seu ceteris rebus sint voluntarie sic homo
facere ipsas offerre quantumque sic scriptum est
exo. xxv. ab omni homine qui offert eas oblacio
nes ultroneas recipietis eas tamen in certis casi
bus tenentur parrochiani et possunt compelli per cen
suram ecclesiasticam et per excommunicacionem ad
offerendum Episcopo vel presbitero in ecclesia pa
rochiali hostiensis in summa super tit. de parrochiis
Et quod quo primus casus est si quis dimisit in
aliquo testamento quod fierent oblaciones pro ipso
oblaciones tales mortuorum necessario sunt
soluende adeo quod qui non soluunt sacrilegi iudi
cantur ut ponitur xii q. ii. nulli etc. abstu
lerit 2us casus est si dimisit defunctus possessio
nem aliquam quam heredes debent dare censum uel
certas oblaciones pro anima sua Tercius casus
est si presbiter qui sunt ecclesie non habet
unde viuat vel unde sustentetur tunc com
pelli possunt parrochiani per ipsum cum officium
est in talibus implorandum unus si sacerdos
est possunt ipsis subtrahere diuina officia quia
nemo cogitur suis stipendiis militare extra
de decimis c. cum non sit et c. ad apostolicam
Quartus casus est si sunt consuetudine vel
aliis certis diebus dominicis et festiuis et alias
in ecclesia diebus parrochiani offerebant quod obla
ciones cottidiane necessario sunt soluende
et qui non soluunt debent etiam de consue
tudine ecclesie di. i. c. omnis xpianus et xvi q. i. statuit
tenentur enim parrochiani offerre sive ca
pellani in principalibus festiuitatibus scilicet natalis
domini pentecostes et pasce et in dedicationibus
ecclesiarum et in festiuis patronorum suorum et sic
compellendi offerre tunc illis diebus max
ime cum sit generalis consuetudo vbique ter
rarum et precipitur de conse. di. i. c. omnis

Et hec oblaciones sunt Episcopi ac ordinarii
quando ipse celebrat in aliqua ecclesia sue diocesis
vel faciat coram se celebrari quod probatur
c. i. de cap. quod tota diocesis reputatur sua
ecclesia parrochialis quia ipse habet curam de
omnibus suis parrochianis et presbiteris et pla
bis et quod non potest per se agere in tota diocesi
hoc agit per sacerdotes curatos et non curatos
immediate ut ponitur extra de parroch. c. super
eo et si episcopus non est presens tunc sunt obla
ciones presbiteris dumtaxat de iure quia quia
ipsum dant sacrum et corpus xpi offerunt
et oblaciones reputant et pro populo suo
ex officio suo tenentur orare ut patet in
q. i. doctus ex istis ergo concluditur qualiter
oblaciones necessario tenentur dare xpifideles
suis presbiteris et episcopis etc.

Octauo fui interrogatus qualiter
ac quibus primicie debent dari
et ego inherendo dictis meis
dixi quod primicie ideo debent
dari quia sunt in precepto dei
nam deus precepit exo. xxii dicens pri
micias frugum deferes in domum dei tui
unde primicia prima pars frugum domino of
ferenda et statim debent dari in principio
dicente domino exo. xxii decimas primicias
non tardabo offerre etiam dande sunt
ex constitucione ecclesie ut patet xvi q. i. re
uertimini et xxxii di. pro hoc sed qua
liter debent dari fui interrogatus et dixi
quod ex auctoritate sancti Ieronimi et maiorum tradicione
introductum est quod in pluribus debent quad
ragesimam partem dabant aut quidam sex
agesimam soluebat offerre pro voluntate
soluentis ut probatur de decimis c. i. et hoc
verum est in aridis ut frumentum est et aruo
et liquidis ut vino et oleo In pecudibus
vero primogenitum debeant ut ponitur
in c. magne extra de voto et hoc Ieronimus
xvi q. ii. c. decimi et sic concessio et ideo consue
tudo in pluribus primiciarum debet seruari inter
totam ecclesiam latinam ut si quis haberet
vltra vel mensuras vini etiam si haberet
mille non dabant nisi unam mensuram
pro primicia Si aut habet vel vitulos vel
porcos vel agnos non dabit nisi unum pro pri
miciis etiam si habuerit mille et si habuit
multas mensuras bladi vel olei vel
aliarum bestiarum dabat primiciam per extimacionem
valoris rei in pecunia vel alia equi
ualente sicut sit in decima Et sic quoad valo
rem soluitur primicia vnde soluere primiciam
est in precepto et qui eam non soluit peccat
mortaliter et compellendus est per censuram ec
clesiasticam et decernendus quousque soluit pri
micias de omnibus illis rebus in simul quod

soluitur decima vel solui debet et hoc sic vin
probatur in c. precipientes et c. statui quod ut
decime et primicie etc. Ex quo sequitur quod opor
tet soluere de necessitate primicias sub pena
peccati mortalis vel magna vel parua ut no. di.
xxxii patet hoc et sicud dictum de decima
quod nulla consuetudo prescribit quod non soluatur
sic etiam dictum de primicia et sicud oblaciones
vel decimas nullus laycus potest habere vt
dicetur infra sic nullus laycus potest petere
vel recipere primicias ecclesie debite nec aliquis
parochialium potest eas dare laycis sine pecca
sed dande sunt sacerdotibus primicie sacerdo
tibus ut putes episcopis et presbiteris dumtaxat
plebanis quibus soli mandavit dari primi
ciam quia ipsi soli dant sacra ut probatur
xvi q. i. doctus et patet dandi primicie inter
ecclesias sicud decime sed ipse primicie debent
dari ecclesiis et parochialibus ut capiat sacra ut
no. xvi q. ii. concesso nisi aliter ordinetur
inter episcopos presbiteros ex posito uel expresso Et
hoc de primiciis dicta sufficiant etc.

Nono fui interrogatus circa solucionem
decimarum primo que sunt ille deci
me que debentur ecclesie ex iure
diuino et dixi eis quod duplex erat de
cima una dicitur scilicet predialis que datur
ex terre fructibus aut animalium bestiarum
et animalium ut patet extra de decimis c. nuntios et
c. ex parte Alia dicitur vero decima persona
lis que datur et dari debet de piscatoribus
et venatoribus de pensionibus de molen
dinis de balneis de negociis de artificiis
de aduocatoribus de collectis salarium de mer
cede intendencium de milicia militum ut
patet xvi q. i. decime sunt et c. quicumque
militum Et dico quod non obstante quorundam
theologorum opinione qui dicunt quod predia
les decime sunt ex diuino mandato ut
patet leui. ultimo Sed personales sunt
ex sola constitucione ecclesie et necessario
soluuntur personalium decimarum potest excusa
re consuetudo prescripta que iuri de
rogat positivo ut patet de tesuo et
lib. et est de cui dilectus tum verum et
catholicum est asserere tenere utramque de
cimam tam personalis quam predialis est de
iure diuino et ideo sunt nobis commendata
in precepto et non obstante quacumque
consuetudine que iuri diuino non potest
preiudicare ut dicit c. de sen. et re iudi.
c. cum causa eodem modo et qualiter
decima predialis quam personalis decima
solui sub pena peccati mortalis etc.

decimis de omnibus iusto titulo acquisitis tenentur tenentur dare decimam ut dicetur infra ut patet extra de decimis c. pastoralis et c. cum homines Item iure divino quod decima personalis dari debeat patet in psalmi pomenon i. c. ubi precipit dominus per ezechiam habitantibus ierusalem ut partes darent sacerdotibus et levitis ut possent vacare lege dei Item racione probatur quod talis decima personalis solui debeat quia si de tempore tenemur deo decimam partem reddere multo magis de bonis et laboribus personalis ac lucris nostris decimam dare patet quia pro loco amoris et anno patet de cons. di. v. c. quadragesima Non ergo consuetudo nec aliqua temporis prescripcio potest aliquem a peccato mortali excusare non soluere decimam personalem quinymmo magis peccatum eius augetur ex consuetudine veniat ad peccandi necessitatem et ex peccandi necessitate labatur homo in obstinatorum et desperacionem que sunt peccata in spiritum sanctum Augustinus li. ii sentenciarum di. xliii que nec remittuntur in hoc seculo nec in futuro ut patet math. xii et sic propter istam consuetudinem non soluendi decimas personales ac prediales quia non reputantur peccatum cum consuetudine fuit generant mortem l. o. m. c. Et propter talem consuetudinem videtur esse peccatum in spiritum sanctum quia sit ex malicia inueterata et obstinacione huius peccati mortalis sunt prepositi plati et rectores curati et predicatores qui sunt canes muti qui non valentes latrare nec non sunt prothiani annunciantes dampnacionem decimam non soluentibus et tot mortibus digni sunt quod ad subditos per dictum et caritatem seu exempla transeunt ut dicit gregorius xi q. iii c. sic debent etc.

Ouo sui introductus de quanta parte decimam dicant dari et dixi et dico ut in precepti articulo seu interrogatoria salua tamen reuerencia aliquorum theologorum quibus non adhereo dicencium ut preceptum de decimis secundum substanciam suam est morale et est scriptum in corde hominis cuilibet eum dictat consciencia quod si fratres apostolus seminamus spiritualia non est magnum si carnalia metamus

Sed secundum istos theologos non est preceptum morale quantum ad taxacionem quod dat tantam partem etc. sed iudiciale unde ut ponitur extra de decimis c. quedam decime debebantur in veteri testamento apostolus filiis levi quod possessiones alias non habebant quam debebant sacerdotibus et levitis etiam quedam eciam reddebantur ad pauperes sub iudaismo decime eciam debent diuidi in quatuor partes quarum una est episcopi alia clericis alia fabrice alia pauperibus debentur aut dari ut probat xii q. ii c. quatuor et extra de statu c. requisiti Et quia xii erant tribus voluit deus racione in sola recipet ab illis decem tribus decimam laborum suorum et nullas alias possessiones habet dicebatur levi deum et dicit non habebat sacerdotes et omnes qui de eadem tribu sunt partem et hereditatem cum reliquo populo israel Sub ipse pars et hereditas eius ideo dicunt isti theologi ex quo habundat ecclesiam possessionibus aliis quibus potest sustentari ideo racione nostre decima non est sub precepto nec est preceptum sed in taxacione sub precepto nec est preceptum sed in taxacionem sed si plus fratres in substanciam precepti ubi aut ecclesia pauper et non haberet aliunde unde quod deberet tamen racionem decima cadit sub precepto et parrochiam tenentur dare sub pena peccati mortalis veri nostre decima deuotum malachie prophete inferte omnem decimam in horreum meum ut sit cibus in domo dei et idem dicunt isti quod decime sunt dande secundum consuetudinem patrie et ita est de iure extra de decimis c. cum in aliquibus et c. cum tua Sed quia ista opinio est valde contraria et onerosa statim statui clerici istorum et ecclesie romane determinacioni et iudicio premisso precipue Augustinus ideo saluo meliori iudicio quod decima non solum quantum ad taxacionem cadit sub precepto diuino et est preceptum morale Ergo aut sit preceptum diuinum soluere de decem partibus seu rebus patet per istos theologos qui eciam concedunt quod tunc quando tribus leui non habeat possessiones decima eis dari necessarium erat quod dicere veri nostre non est necessarium quod nunc in noua lege non est necessarium sicut tunc quia ecclesia habundat in aliis reddititibus secundum taxacionem decimarum suorum sunt laudantibus secundum taxacionem decimarum operis sunt nichil quod de precepto decimarum ecclesie et ideo papa reliquit determinacionem ecclesie consuetudini in decimis consultus dixit quod consuetudo in aliquibus est seruanda ut dixit et c. cum in aliquibus extra de decimis ergo ad verum ista determinacio nostre sunt non placet quia ex quo decima sub legem orientem preceptum morale secundum illos attento quod semper sit inuariabile nec papa nec consuetudo potuerunt contra ipsum dispensare nec quo ad substanciam nec quo ad taxacionem quod soluatur decima et tamen non sit vere nostre decima nisi velitis sumere hoc nomen decima pro quacumque quota minuta scilicet per vicesima vel tricesima aut centesima vel alia parte et tunc est equiuocacio in nomine et habere dicere sit decima quando est tricesima vel centesima Item frustratur et anullatur intencio dei per testam decima per hanc exposicionem falsam et toto statui ecclesiastico nociuam et contrariam quia veri nostre decima sit quecumque pars parua vel magna que dabitur loco decime ecclesiis quia tunc quibus per solucionem unius denarii vel panis excusare absolute decima potenti et sic oportet presbiteros iure diuino vel aliunde in terris laborare dimissis diuinis officiis et propriis stipendiis militare contra apostolum Et ideo dimissa ista opinione erronea et exposicione falsa quorundam theologorum pauperum et mendicancium theologorum religiosorum et secularium qui super solucione decimarum conuenit inuident et contradicunt prelatis et beneficiatis et parochialibus ecclesiis dico cum aureolo Augustinus scilicet doctore tamen magis est credendum quod istis ad versariis decimarum et primiciarum quod utraque soluenda est prediales et personales presertim quia separacio de decem partibus una per dictum ut utraque nouem partes per se reficit in vestibus fidelibus christianis et decem partem affectant deo et ministris ecclesie de rebus et singulis que apud ipsum crescunt racione vel nascuntur vel animo seu acquiruntur negocio vel lucro vel artificio et nulla consuetudo potest hunc decime preiudicare quod merito soluatur tamen sit contraria precepto dei qui integre soluit scienter vel fraudatur vel negat ipsam vel contradicat aut tacet vel retinet res sue ecclesie peccat mortaliter tamen sibi consencientibus et est excitatus a iure et sacrilegus ut dictum est et tenetur ad restitucionem et debet ac potest compelli per censuram ecclesiasticam et vitandus est in sacramentis ecclesie Et si moriatur non facta restitucione per se vel suos heredes carere debet sepultura ecclesie vel cimiterii ut patet extra de decimis c. in tua et c. pastoralis ideo homo qui non soluit decimam per tempora de rebus suis ad decimam nouem reducetur ad infirmitatem et penuriam reductus morietur ut dicitur c. reuertimini et c. decime xvi q. i. Ergo quod preter soluenda est una pars de decem ecclesie et declarat sub precepto sancta mater ecclesia et declarat sub dictis qui non est tollendus nec declarandus in hac parte in c. decime xvi q. i. ubi expresse narrat benedicciones illorum qui fideliter soluunt decimam decem partibus unam partem et ergo narrat malediccionem quas habet qui nullam decimam soluit unde dicit ut qui premia celeste comparare aut aut peccatorum indulgenciam desiderat promereri reddat decimam et de nouem partibus elemosinam studeat dare pauperibus qui vero sic de nouem partibus non dat decimam committit in quatuor ut testatur deus per prophetam malachiam ubi dicit quia michi non reddidistis decimas et primicias ideo in fame et penuria maledicti estis et maledicti estis in sterilitate et defectu fructuum vini olei et messium aliarum rerum bestiarum pecorum piscium et herbarum eciam maledicti estis in aere pestifero ac corrupto et pestilenciali morbo in guerra in fame in gladio in verme corrodente terram pessime Eciam quia maledicti estis quia repente moriemini mala morte subito sine penitencia et confessione et ab alio sacramento Eciam maledicti eritis in defectu filiorum et nepotum et peribit vestra generacio usque in tertiam et quartam generacionem malediccionem et paciemini in inferno describit de terra memoria vestra Et successores vestri prouoco quod uos fuistis recordati facere mecum deo vestro in suis partibus et ecclesie sue ministris quibus decimas ac primicias tenebamini dare iure diuino hec quidem malediccionem et execracionem dat deus nostre contra nos non soluentes decimas veri nostre cum non soluentes ab perfecte ac fideliter ac integraliter Sed secundum Augustinus aliis quatuor benediccionibus remunerat deus nostros fideliter soluentes decimam et primicias et de illis decem partibus unam soluit et primo promisit eis dare fructuum messium vini et olei bestiarum et iumentorum pecorum et herbarum habundanciam et exstirpacionem tyrannorum pacem inimicorum decimas et felicitatem rerum omnium Tercio promisit dare vitam tranquillam et in necessariis habundantem et copiosam et secum annis ac longeuam et tandem et senectute mortem bonam mortem deo caram et preciosam liberacionem a penis inferni et redempcionem peccatorum plenariam cum suscepcionem sacramentorum ecclesie Quarto promisit filios et filias filiorum usque ad terciam et quartam generacionem dare et permanere et augere benedicere et sanctificare et tandem post mortem in paradisi gloria soluentes sic decimas collocare hec sunt verba Augustinus ubi supra cum magis est credendum quod istis theologis veri nostre decimas aliter exponentes Unde beatus deus cum aureolus Augustinus contra istos non soluentes de decem partibus unam

Secundo promisit sanitatem corporum aere salubrem

ptem clare dicit ibidem sit hec iniustissima
consuetudo ut si tu deo tuo decimam
dederis tua decima revocabis si omittes
alias novem ptes et dabis proprio militi
quod non vis sacerdoti dare nobis talem et
vitam in quam necessaria dignatus est a
nobis decima recipere non sibi sed nobis
peril dubio profutura et dicit ibi glo. quod
decime ex debito requiruntur quia sunt
in precepto dei et sicud debitum debet peti
in iudicio et ex auditum Ex quibus omnibus
patet quod subtractio vero nostra decimarum vel
non solucio ipsarum quacumque consuetudine non
obstante plura mala inducit quia primo ut e
dictum est pvaricio divini mandati ut probatur
ex de decimis c. a nobis 2o quod olim solue
tes decimas bonis omnibus habundabant
ut patet xvj q. vij maiores ma quod decimam
non soluit vix ad decima quam reducitur xvj
q. i. decime 3o quia propter hoc peccatum et alia
mea precata deus sicut propheta dicit dat vobis
celum ferreum et terram eneam et non aperit
rit cataractas celi nec dat pluvias tempo
ribus suis nec mortificat aut tollit tiranos
depredatores homicidas et alios inimicos et
nos ulle modis devorantes immo devora
tum in medio suo per locustas vermes et brucos
quorum non est numerus et dum campi expecta
tur in fructibus copiosis tunc est tempus
recollecionis ira dei descendit super corrupcionis
ad fundamenta ipsas gemit ut xvj q.
i. revertimini quarto per guerras et tiran
nos et spoliaciones quod non dedit et ideo
datur per violencia vel per ignem vel aquas
vel aliis modis tollitur et aufertur et sic
tollit fiscus quod non aufert xpus Et ideo
in predicto c. maiores xvj q. vij Sed da
tes decimas veri nostri quadruplicat re
muneracionem et prima remuneracio patet
ex predictis que est habundantia fructuum
2a est corporum sanitas 3a est indulgen
cia peccatorum quarta est vita eterna ut probatur
hoc xvj q. i. decime Ex predictis quo ostenditur
quod non solventes decimas veri nostri sicud
vos inpii prothiam mee cathedralis autem
insule corsice quique aliqui enim soluunt de
cima de quindecim partibus una alii de xxx
partibus una ptem alii decem Tamen alii
non soluat decima de casco nec de lana
que renovatur in anno nec de iumentis
nec de porcis nec de venacionibus nec de
piscacionibus nec de ortaliis et rebus similibus
que omnes vos tales et quoniam si sit comites
principes barones nobiles potentes reg
ulares et seculares estis deo et ab eis

eccla sancta excommunicati sacrilegi fures latro
nes predones bonorum dei ac sacrorum et tenemini
restituere decimas et primicias quod non soluistis
decimas vel petere ac concordare in eccla
ut patet de decimis c. ad apostolice et c. tua nos et
compelli debetis per censuram ecclesiasticam
nec potest nisi de licencia pape aliquis episcopus
aut archiepiscopus aut aliquis frater maior nec
predicator seu curatus vos ab ipso pccato decima
absolvere nec decimarum quas non soluistis absolvere in
primo ante
penam dare nec dispensare nisi primo satisfaciant
omnia per vos aut vestros heredes satisfacient vel concordetis
de decimis quas non soluistis vel vobis re
cum ecclesia vel petatis amore dei vobis de
mitti vel detis fideiussoria cancionem de
solvendo plenarie dum pinguior fortuna
advenerit non dimittitur peccatum nisi resti
tuatur ablatum ut patet de reg. iur. l. vi.
Ecimo fui interrogatus de quibus
rebus decima debet solui aut
dari et dixi eis ac omnibus
quod decima est danda de omnibus
fructibus terrarum de tritico de si
ligine de ordeo de panico de siligine
de spelta de avena et et de omnibus que sunt
arida et seminantur in terra ac colligunt et ad
de liquidis de vino oleo mello cera de casta
neis de nucibus de pomis de piris ficubus
et aliis arborum fructibus seminibus etiam
lini canapi bombicis et sericis et aliarum
herbarum que seminantur in terra de pastinis
herbarum animalium de herbis ortorum de apibus
de nutrimentis animalium de feno de paleis de bo
bus de iumentis de equis de porcis de pe
corum silvarum de vitulis de vaccis de ovibus de capris
de edibus de porcellis de ovibus de butyro
de lacte de casco de lana ipsarum de anseribus
de anatibus de gallinis de anseribus de venacio
nibus ipsarum de piscacionibus de metallis de auri
de argentariis de metallis de sale salinis
de lapicidinis de balneis de regim
ac de molendinis de balneis de affectis de ...
de artificiis de lucris de locacionibus
de mercibus de mercatibus de stipendiis de re
de acquisitionibus de guerra iusta Etiam debet de
captis de guerra iusta ... xxiij q. v. c. decimas
tima dare ut ponitur ... cunctis bonis et
et breviter de omnibus acquisitis etiam de
rebus iusto titulo acquisitis ut patet de
decimas tenemur de tempore ... xvj q. i. decime
de v. c. quadragesima et xvj q. vij de de
sunt tributa egentium animarum et ex de de
c. quamvis et c. omnes decime et c. hoc est in predictis
decimis c. in ... et c. tam in ... et c. tua nobis
c. pastoralis et c. tam in ... dare decime
Item decimas debet dare et advocatus de advoca
cia scolarium et advocatus et notarii de
et scriptura de prudenciis de mercenariis de
de scriptura et ... mercenariis de ...

et milites de milicia xvj q. i. decime et q.
vi quicumque Item decime personales dari
debent etiam de iustis et iniusto titulo
acquisitis ... dominium non transfertur sicud sunt
illa que acquiruntur de meretricio vel hys
trionatu meretrix enim quamvis turpiter
faciat quod meretrix est non tamen turpiter accipit
cum sit meretrix ecclesia tamen non accipit
earum decimas nec videatur approbare eorundem
peccatum ut dicetur postea et sicut hoc vide
mus quod sit elemosina non debet dari
nec recipi de illicite acquisitis ut ponitur
in glo. c. ex transmissa titulo isto ita nec
decima debet dari de illicite oblatis ut in
glo. c. ex transmissa ti. de decimis et hec suffi
ciant de istis decime interrogatio quas dicit
ostendat ac precipit quod qui non solvit decima
de omnibus et singulis supradictis ad eum
iusto titulo ac lucro pervenientibus talibus
cuiuscumque sit status est excitatus
et per censuras ecclesiasticas compellendus
ut dictum est etc.
Undecimo fui interrogatus in dicta
insula corsice in qua nobiles
non soluunt decimas de consuetudine
qui sunt illi vel que sunt persone
que debent decimas ac primicias
dare et dixi et dico asserens quod omnis ho
mo natus de muliere seu persona ex masculo
et femina tenetur et obligatur de ecc
clesie decimas solvere de qua lege nisi
sit in xpo privilegio vel omnis vicario quia
preceptum morale fuit et ubi dicit
... fuerit sanctificabitur domino
Exo. xxij. decimas ac primicias non
tardabis offerre domino deo tuo Cum ergo
sit divinum preceptum ut est dictum ligat omnes
bonos et malos nobiles et ignobi
les ecclesiasticos ac seculares et pastores in
quibuscumque status dignitate
ut condicionis existat obligatur sub pe
na peccati mortalis decimas personales de rebus
propriis solvere vice predictarum terrarum ac p
diarum ac camporum quas deus sibi dedit
quia domini est terra et plenitudo eius et
universi qui habitant in eo et ipse deus post hoc
de omnibus hominibus haec decima ptem reservant
sibi ad vitam necessariis quas
sive ... dicit ... homo in qua
cumque fuerit et deo subditus sive sit papa
sive imperator sive rex sive episcopus sive no
bilis sive religiosus sive dux sive paup
sive secularis sive spiritualis tenetur de
propriis decima dare et deo offerre de

currente lege quia sumus populus eius et
oves pascue eius et multi habemus sicut apostolus
quod ab ipso accepimus et omnis nostra sufficiencia
certe est ab ipso et sine ipso nichil possumus
facere ut dicit xpus Io. xv. c. Et omnia
opera operatur ipse et nisi dominus edificaverit do
mum gubernaverit mundaverit in vanum la
boraverunt qui edificant eam aut colant
Ergo dignum et iustum est ut deo nostro patri
nostro qui nobis dedit esse vivere et intelligere
et non cessat continue nobis vite neces
saria donare de decem partibus necessariorum
et nutrimentorum quas nobis dat in tempore
demus ei unam ptem in gratiarum actione et recog
noscamus eum creatorem redemptorem gub
natorem nostrum esse patet ergo ex predictis
quod omnis persona a deo creata racionabilis et huma
na tenetur deo dare ut patet primo de xpianis
omnibus fidelibus laicis et secularibus qui sunt
obligati ad solvendum decimas de iure divino
et canonico ut xvj q. i. decime et xij q.
decimas quas patet etiam de clericis et sa
cerdotibus propria seu patrimonia habentibus
seu de artificio viventibus qui tenentur
dare decimas c. ij et a nobis Etiam violentus
possessor aut predo tenetur dare decimas quod
dicitur etiam hereticus et iudeus sarracenus
ac infideles tenentur de terris quas colunt deci
mas dare etiamsi corpus vel terra esset
seminata seu culta tamen seminator tenet
cultor decimas dare et ecclesia recipere
quia non datur decima racione furtiva vel
usure nec racione heresis nec racione infidelitatis
sed racione predarum et terrarum ac possessionum
et animalium que aliud obviamque transfertur domini
rei debet dari decima excepto meretricio
et hystrionatu nec videatur quod ecclesia approbet
ista Infideles etiam ut Iudei et sarraceni
in decimas non soluunt quia corpore ecclesie
non sistunt nec ab ipsa eam ecclesia reci
piunt sacramenta sed bene de terris quas colunt
decimas soluunt et etiam de animalibus que
nutriunt ut patet de decimis c. de terris xvi
tamen non transferatur dominium. Item ut in fur
to aut rapina vel violencia ac spoliacione
vel in simonia vel in usura vel in gabella
iniusta vel guerra iniusta vel in ludo
taxillorum vel in sentencia iniqua vel
violentia manifesta aut scriptura falsa
vel in similibus ecclesia dei non recipit
decimas personales nec illi teneantur
dare qui iniuste acquirunt et non sunt
corum res sed aliene Sed omnes isti
et similes non excusantur a decimis

prdialibus quia non dant decimas vacare prim[illegible] racione predii et sic prex predict. quia qui non soluunt decimam ut dictum est compellendi sunt per censuram ecclesiasticam sive per secularem sive ecclesiasticis et consilio dicitur de privilegiis et ab laicalibus quas papa declarat in decretis dicens xvi q. i precipientes statuimus ut decime primicie seu oblaciones vivorum ac mortuorum ecclesiis dei fideliter reddantur a laicis quas qui retinuerit a communione sancte matris ecclesie separentur hoc idem dicitur et mandatur di. xxxiiii [illegible] et preter hec hec sufficiunt de ista interrogacione etc.

... non fuit commisso peccatorum contrarie dicere scripture, ubi dicit apostolus per unum hominem intravit peccatum in mundum et per peccatum mors. 12o super isto Cant. viii. Dilectus meus candidus et rubicundus. Electus ex milibus. Greg. Electus ex milibus ... est ... totius generis humani massa nullus sine peccato reperitur. 13o Ambrosius super hoc: Solus nimirum ex femina yhesus est qui peccatum non fecit. 14o super Jo. super isto verbo Ecce agnus dei solus innocens ... sic non venit per propaginem. 15o glo. Jero. super illo ps. ... et de manu canis unicam meam, unica est ... que sola a peccato est immunis. 16o Leo papa in sermone de nativitate domini, sicut a reatu nullum liberum reperit ita pro liberandis omnibus venit. 17o Aug. de baptismo parvulorum pertractans illud ... ii. omnes nos sicut ... eramus. Hec vox inquit est omnium membrorum ... ergo beate virgo est membrum ... ergo erravit. 18o super illo ephe. ii. Omnes eramus filii ire. glo. Aug. In hac ira omnis homo nascitur. 19o idem de fide ad petrum, firmissime tene et nullatenus dubites omnem hominem qui per concubitum viri et mulieris concipitur in originali peccato nasci. 20o Idem de nupciis et concupiscencia. Nullus potest concipi de viro et muliere sine originali. 21o Ro. vi. Stipendia peccati mors, sed beata virgo mortua est, ergo in stipendium peccati mortua est et non in stipendium actualis peccati, ergo originalis. 22o Aug. super illo ps. ... Ergo aut ... induebar cilicio. Adam propter peccatum mortuus est. Maria propter peccatum mortua est ... mortuus est propter delenda peccata, sed maria non est mortua propter peccatum actuale, ergo originale. 23o Idem contra Julianum li. ii ca. ix. Tu dicis ... pro peccatoribus mortuum, et ego dico tibi ... non peccatoribus non mortuum. Sed ergo maria non fuit peccatrix, sic ... non est mortuus pro ipsa, et per quos nec per morte filii redempta. 24o ... vii. Virum unum de mille reperi, mulierem ex omnibus non inveni ... unus ille de mille ... est. 27o Greg. ... solus in carne sua mundus extitit qui per carnalem delectacionem huc non ... venit. 26o Aug. contra Julianum. Concupiscencia que est radix omnis mali fuit in ea sine corrupcione virginis, quam non potuit contrahere filius virginis. 28 viii. Devotus Bern. in primo sermone de assumpcione incipiens Intravit yhesus in quoddam castellum

quod si originalem a parentibus contraxerit maculam, minus tamen quam Ieremias sanctificata in utero aut minus Iohanne baptista spiritu sancto repleta crederetur. prohibet pietas [illegible]. 28o. Idem in epistola ad canonicos Lugdunenses: an forte inter amplexus maritales sanctitas se illi conceptioni immiscuit, ut simul et sanctificata fuerit et concepta? Nec hoc quidem admittit ratio. Quomodo namque fuit sanctitas absque spiritu sanctificante, aut spiritui sancto societas cum peccato fuit, aut certe quomodo peccatum non fuit ubi libido non defuit. 29o. Ibidem: si ante conceptum sui minime sanctificari potuit, quia non erat, sed nec quidem in ipso conceptu propter peccatum quod inerat, restat ut post conceptum in utero iam existens sanctificationem accepisse credatur, quae exclusio peccato sanctam fecit nativitatem, non tamen conceptionem. 30o. Anselmus Cur deus homo li. ii. c. xvi.: Virgo ipsa in iniquitatibus concepta est et in peccatis concepit eam mater sua, et cum originali peccato nata est, quoniam et ipsa in Adam peccavit, in quo omnes peccaverunt. 31o. Idem: ex ipsa massa peccatrice [illegible] peccato assumptus est. 32o. in ca. [illegible] de

conse. dis. iii. ubi loquitur de temporibus feriandis quod sit in missa laycis annunctianda super verbo nativitatis sancte marie virginis, glossa dicit: de festo conceptionis nichil hic dicitur quod celebrandum non est sicut in multis regionibus fit maxime in Anglia. Hec est ratio quia in peccato fuit concepta sicut et ceteri, sed excepta unica persona, etc.

33o. arguitur quod huiusmodi conceptio non sit celebranda ex eodem ca. [illegible] Item per Bernardum ad canonicos Lugdunenses: miramur igitur quid visum fuit hoc tempore quibusdam viris voluisse mutare colorem optimum, novam inducendo celebritatem quam ritus ecclesie nescit, non probat ratio, non commendat antiqua traditio. Numquid patribus doctiores sumus aut devotiores? periculose presumimus quod ipsorum in talibus prudentia preterivit. Nec vero illud tale est quod nisi pretermissum fuit patrum requirerit cum diligentia preterissent. 34o. ibidem: quae nunc est ratio festive conceptionis? quo pacto umquam asseritur sanctus conceptus qui de spiritu sancto non est, ne dicam de peccato, aut festus habebitur qui minime sanctus est. 35o. dicitur ibidem: nulla ei ratione placebit contra ecclesie ritum presumpta novitas, mater temeritatis, soror superstitionis, filia levitatis.

36o. ibidem: Si sic videbatur consulendum erat apostolice sedis auctoritas et non ita precipitanter consulte paucorum sapientia, auctoritas inprovisorum. Ex dictis solempnibus ex quibus quod iam nequaquam conceptio in videlicet decembris, quam a normanis celebratur ratione istius conceptionis celebranda, est sed ratione alterius conceptionis quia per se sanctificata et ideo concepta. Considerentur ultra presentes auctoritates alias multiplicibus rationibus quae omnes possunt reduci ad duas principales. Prima sumitur ex excellentissima filii. Dicunt enim sic opinantes quod decuit virginem fuisse sine originali peccato concepta esse, et arguunt de congruo excellentie filii in tribus et arguunt sic. Ipsius filius virginis fuit redemptor omnium et meritum passionis eius sibi suppositum. Ergo mandati virginis per destinatis [illegible] ut non contraxit originale. Sequitur primo quod non fuit redempta per filium suum. 2o quod filius sibi ianuam non aperuit sed ultro sibi aperta fuit et ex ambobus sequitur quod eque innocens fuerit sicut filius suus quae omnia derogant excellentie filii sui. Prima quod sic quia redemptio non est nisi de peccatoribus. Angeli enim non fuerunt redempti quia non peccaverunt actualiter. Sed beata virgo non peccavit peccato actuali. Si ergo non peccavit originali et sic nullo modo peccavit plusquam angeli, ergo quia angeli redemptione Christi non indiguerunt [illegible] probatur. Ianua non clauditur nisi propter peccatum et maxime propter originale [illegible] carentia visionis dei. Si ergo beata virgo originale non contraxit sequitur quod ianua sibi clausa non fuit et ita statim post passionem filii sui decessisset non descendisset ad limbum patrum sed tamquam [illegible] ad celum evolasset. 3a quod probatur quod sicut innocentia [illegible] peccato [illegible] in hoc consistit Si ergo beata virgo filii sui peccatum non fecit sicut nec filius eius, sequitur quod eque innocens fuit sicut filius eius et sicut nec filius non indiguit redemptione per filium sicut nec filius per ipsum nec indiguit quod filius sibi aperiret ianuam sicut filius non indiguit quod ipsa sibi aperiret. 2a ratio principalis sumitur ex effectibus et signis peccati originalis apparentibus in beata virgine, quia secundum plures [illegible] non ad magnam partem contraxit ad [illegible] quod et quod primo beata virgo sicut ceteri

[illegible] filii fuit libidinose procreata. 2o penalitates istas habuit quas nos alii contrahimus ex ipso originali usque ad mortem inclusive. Quia secundum apostolum est stipendium peccati, et istas penalitates non assumpsit voluntarie, quia hoc competit filio suo. Ergo fuerunt inflicte et non immerito ergo propter culpam et non propter actualem ergo propter originalem.

Ad oppositum arguitur primo per beatum Ambrosium in sermone de purificatione loquens de ipsa virgine: Hec est inquit virga in qua nec nodus originalis nec cortex venialis peccati fuit. 2o per beatum Hildefonsum tolletanum archiepiscopum in libro quem scripsit contra disputantes de virginitate et perpetuitate ipsius virginis, ubi sic ait: Constat inquit Mariam ab ipso originali peccato fuisse immunem per quam non solum [illegible] matris soluta est maledictio verum in omnibus donata est benedictio, nullus ergo postquam nata est delictus subiacuit neque originale peccatum in utero sanctificata contraxit. Premissis opinionibus quibus sumus indigeo et solutionibus quibus adhereo unica dumtaxat presta [illegible] videlicet quod in dicendis nichil intendo asserere pertinaciter sed dumtaxat [illegible] sapientioribus habundancius speculandi et ad exaltationem conceptionis immaculate virginis amplius cogitandi. Intendo autem partem huius questionis colorare negativam et pro modulo meo in parvo virgini videre auctoritatibus et rationibus contrarium sicut consuetis predicationem remittendo sacrosancte sedis dispositioni veritati infallibili tamen omne dicendum submitto qua protestatione premissa venio ad decisionem questionis in qua pono duos articulos. In quorum primo ponam declarationes terminorum in 2o non recedendo a protestatione mea tractabo questionem. Quantum ad primum articulum sciendum quod in titulo questionis sunt tres termini principales declarandi. Primus sit conceptio. 2us sit quid sit peccatum in genere. 3us quid sit peccatum originale in speciali. Quantum igitur ad primum scilicet conceptionem sciendum quod duplex est. Nomine conceptionis una quae est seminum commixtio alia commixtio naturalis. Conceptio quae est commixtio seminum est illa quae fit in amplexibus maris et femine. Conceptio vero quae est naturalis commixtio est ista

quae fit in infusione anime corpori organizato. Et inter istas duas conceptiones secundum philosophos vel physicos mediat spacium xl dierum secundum vero Augustinum mediat spatium xlvi dierum et iste due conceptiones se habent ad invicem sicut terminus intrinseci unius motus continui. [illegible] cum [illegible] a principio est ipsa commixtio seminum et [illegible] ad quem est commixtio naturalis. 2o notandum quod hoc nomen peccatum a sanctis doctoribus capitur tripliciter. Primo proprie pro actu vel habitu cum repugnat [illegible] gratia gratum faciens. Hoc modo sumitur ab Augustino de libero arbitrio cum dicit peccatum est dictum factum concupitum contra legem divinam. 2o capitur magis large pro actu habitu vel passione quae est principium occasio vel sequela peccati proprie dicti. Et isto modo capitur ab apostolo Ro. vii. cum dicit: Si quod nolo hoc facio non ego operor illud sed quod in me inhabitat peccatum. Hoc modo sumitur a sanctis doctoribus cum dicitur quod libido, concupiscentia, fomes, sunt peccatum et filia. 3o sumitur largissime pro hostia oblata pro peccato proprie vel large dicto. Et isto modo capitur ab apostolo Cor. ii. cum dicit: Eum qui non noverat peccatum pro nobis peccatum fecit deus pater. Et secundum Nicolaum de lira hostia pro peccato quae vocatur peccatum in scriptura. Osee iiii.o peccata populi mei comedunt id est hostias a populo pro peccato oblatas. 3o sciendum quod de quidditate peccati originalis quid sit formaliter fuerunt diverse et contrarie opiniones. Prima est magistri in sententiis et suorum sequacium dicentium quod in generatione filiorum Ade quae fit per commixtionem maris et femine ex fervore libidinis parentum infitiatur caro seminata sic propagata et causatur in ea quedam qualitas morbida quae a sanctis doctoribus vocatur fomes, vocatur lex membrorum et tyrannus nature, de qua apostolus Ro. vii.: Sentio aliam legem in membris meis repugnantem legi mentis mee et captivantem me in legem peccati. Et qualitas ista ut inquiunt inficit animam dum corpori infunditur sicut pomum in dolium infusum et [illegible] manum immunda et inquinat eam et trahit ipsum sicut quoddam pondus ad immoderate delectandum appetitum sensitivum. Et secundum istam opinionem peccatum originale habet suum materiale et suum formale. Materiale suum est ista qualitas morbida sive fomes ex eius

peccatum capitur tripliciter

in carne formale vero est illa carentia in anima
causata ab huiusmodi fomite seu qualitate morbida
Alia est opinio quam vi Anshelmi primo de concep-
tu virginali fere per totum capitulum ... ino bap-
tismatis nichil aliud est quam carentia iusticie
originalis cum debito habendi eam quam accepit
adam a deo pro se et suis naturalibus filiis et
quam mutavit sed propter eius demeritum et propter quam
secundum apostolum constituti sumus omnes filii ire / et ista
opinio multum videtur appropinquare quod non potest anima infici
ab huiusmodi qualitate morbida nec potest
corpus agere in spiritum quia etiam angeli [illegible]
super ... potest hoc non posse convenire Et
de hoc habemus exemplum similitudinem / anima humana
plus minus spirituale est quam anima rationalis
et ... lumen solis radiantis super sordes propter suam
immaterialitatem non potest infici ab huiusmodi sordi-
bus / ergo anima rationalis que magis spiritualis
est minus infici poterit a sordibus carnis Item
dicit Anshelmus de conceptu virginali capitulo vi et vii
quod semen non est magis infectum quam sputum vel
sanguis Si ergo sputum vel sanguis non inficit
animam quare modicum semen inficiet eam Et si po-
nere oporteat in peccato originali formale et
materiale / materiale eius secundum istam opinionem erit ca-
rentia originalis iusticie formale vero eius
debitum habendi ipsam Et istarum opinionum quam-
vis 2a sit rationabilior / quia secundum primam opi-
nionem via sufficiendi immaculatam virginem
sine originali fuisse macula preservata diffi-
cilior est, quam secundum 2am Ideo primam quo ad dis-
putationem pretereo admittam et secundum ipsam volo
ponere propositiones in sequentibus ponendas et respondere
auctoritatibus et rationibus in oppositum Et hoc dictum
sit quantum ad expositionem terminorum tituli questionis
[illegible] quarum variam acceptionem varius et mul-
tiplex potest esse sensus tituli questionis
unus sensus potest esse loquendo de corruptione
seminum / alius loquendo de corruptione nature
Item unus sensus posset esse loquendo de peccato
proprie sumpto et alius de peccato large sumpto Item
alius loquendo de peccato originali quantum ad materiale
et alius loquendo de formali Item secundum pluralita-
tem istorum sensuum plures ponentur propositiones
in sequenti articulo per respondendo ad questionem
hoc de primo Quantum ad 2m articulum
in quo videndum est ad questionem sit hec prima propositio / loquen-
do de conceptione que est corruptio seminum et de
peccato large sumpto prout sic corruptio et libido di-

po

citur esse peccatum non est dubium quin immacula-
ta virgo concepta fuit in peccato ista propositio
probant octo auctoritates primo an[te] opposi-
tum et nichil aliud Sed non sequitur fuit concepta in peccato
ergo in originali quia originale est peccatum quod dicit
cum repugnans gratie gratum facientis constitutum
hunc filium ire et reum dampnationis eterne quale
peccatum non potest contrahi complete in conceptione
seminum / 2a propositio / loquendo de conceptione sem-
inum et de peccato proprie sumpto nulli dubium quin
immaculata virgo non fuit concepta in peccato
ro / patet quia caro virginis aut dictarum sicut
non fuit capax gratie sic nec peccati proprie
dicti 3a propositio loquendo de conceptione seminum
et de peccato originali quantum ad suum materiale
probabile videtur immaculatam virginem illud
male contraxisse in sua conceptione / probatur ista
propositio per auctoritatem Gregorii et Augustini allegatas ... et
dominorum antiquorum oppositorum / preterea credo quod ut ait dominus bona-
ventura super iii dist. iii hoc videtur congruere
ad decorem ordinis ut sicut fuit una persona
2

3
communis ab oriente tamen in anima quam in carne et
plures persone utroque modo habentes peccatum ... le-
ita debuit ut esset aliqua persona que quodammodo
haberet illud peccatum et quodammodo non haberet hic
scilicet haberet in carne et non haberet in anima et talis de-
buit esse immaculata virgo que mediatrix con-
ituta est inter nos et filium sicut filius media-
tor constitutus est inter nos et deum / 4a propositio quod
immaculata virgo [illegible] ...
ruimus reliquis assero et cum debita reverentia ... quod est
modo sumpto loquendo quod de conceptione que est
corruptio seminum et de peccato originali quan-
tum ad suum materiale suppositio quod sit probabile im-
maculatam virginem contraxisse huiusmodi ma-
culam tamen si non sit contra veritatem sacre scripture magis
pium est credere ipsam ab huiusmodi materiali preservatam
fuisse Et si paucis sanctorum doctorum contrarium
videntur illas pie exponere probatur primo
ista propositio per scilicet verbum quam fuit Bonaventura
iii dist. iii non est dubium inquit quin deus virginem
ab huiusmodi materiali preservare potuerit potuit enim
preservare ut ipsa huiusmodi male contraxisset Quia dat
preservatione ut ipsa huiusmodi male contraxisset ...
istorum fuisset novit ipse qui eam creavit Si
ergo veritati sacre scripture non repugnet
magis probabile et magis pium est attribuere virgini
quod excellentius est 2o quia secundum Anshelmum pre ...
de conceptu virginali capitulo xviii decuit virginem

qua deus ingenito suo preparavit matrem
tanta puritate nitere qua sub deo maior nequit
intelligi Sed puritas a materiali et formali maior
est quam a solo formali et illa est sub deo pars
quia illa nitent angeli illa nituntur primi paren-
tes in statu innocentie ergo illa nituit beata virgo
vel non nituit puritate maiore que sub deo potest
intelligi 3o dicit sanctus thomas super primo sententiarum
dist. xvii ar. iiii in solutione iiii quod beata virgo
ad summum puritatis pervenit sed puritas a so-
lo formali originalis non est summa quia puritas
ab utroque est excellentior et sub deo in creaturis
tantum est ergo ad illam pervenit immaculata
virgo vel ad summum non pervenit 4o argumentum
ex eodem dicto sancti thome beata virgo ad
summum puritatis pervenit que est sub deo sed
puritas humanitatis Christi est sub deo ergo ad illam
beata virgo pervenit quantum possibile fuit deo
sed in puritate Christi non fuit nec materiale nec
formale originalis ergo nec fuit in virgine
quantum possibile deo fuit Sed non est dubium
quin illud possibile deo fuit quia non includit
contradictionem ergo materiale originalis in virgine
non fuit 5o Ieronimus in sermone de assumptione virgi-
nis me super verbo gratia plena ceteris per
partes inquit prestatur gratia marie autem
tota se infudit plenitudo gratie que fuit in Christo
quamvis aliter et aliter hoc est in quo inseparabiliter in
maria separabiliter vel non fuit in ea plenitudo
gratie que fuit in Christo 6o de voto Ber-
nardus in sermone de nativitate virginis incipiente de
gaudiis ad gaudia super verbo ex aromati-
bus myrre et thuris Caro inquit virginis ex a-
dam sumpta maculas adam non admisit cla-
rum est autem quod dicit maculis adam caro virginis
aliud contrahere potest nisi istud materiale origi-
nis suis sequelis quia propter amaritudinis penalitates quas
non assumpsisset maculata fuisset / quod nephas
est cogitare Filius et ipsa virgo illas admisit Si
ergo maculas adam caro virginis non admisit de
nullis aliis ad maculis potest intelligi nisi de istis
huiusmodi materiali originalis peccati 7o Richardus
de sancto victore in sermone non dum erant abyssi
Non decuit inquit ut caro marie qualiscumque fieret
obnoxia culpe Sed si caro marie contraxisset
materiale scilicet quod obnoxia fuerit culpe Sed

si caro marie contraxisset illud materiale sequitur
quod obnoxia fuerit culpe ergo per oppositum Si ca-
ro virginis obnoxia non fuit culpe sequitur quod illud
materiale non contraxit 8o Anshelmus li-
bro de exordio humane salutis Si quid inquit origina-
lis peccati in propagatione dei matris exstitit il-
lud propagantium non propagate prolis fuit Si
ergo materiale huiusmodi sit quid originalis pec-
cati sequitur quod illud in solis parentibus non in
ipsa prole fuit 9o Magister henricus de
hassia in tractatu de macula virginis parte ... c.
iiii capitulo inquit et supernaturaliter a principio concep-
tionis tam venustissimum corporis virginei conveni-
entissima et decentissima effigiem complexionem
qualitatem quantitatem et totalem ymaginem
secundum suum ordinem sine peccato formasse / in concep-
tione autem et formatione corporis autem creatorem
non potest esse aliud peccatum quam qualitas illa
morbida supradicta que peccatum dicitur large sump-
tum et que est materiale originalis / ergo si non
fuit peccatum in conceptione ista sequitur quod illud
materiale ibi non fuit / 10o ad 2m ratione sit quod fun-
damentum omnium ponentium sanctificationem virginis sive
sanctificationem est propter excellentiam sue virginitatis quia
sicut predestinata fuit esse mater dei sicut ipsa fuit ma-
ter dei secundum corpus et non secundum animam / filius enim
dei non assumpsit animam de anima virginis sed carnem
de carne sua / nec est consubstantialitas inter animam Christi
et animam virginis sicut inter carnem et carnem
/ ergo corpus eius debuit esse purius quadam
saltem accidentali puritatem possibile in esse corpo-
re humano debuit haberi / et si fuisset huiusmodi impu-
ritas in anima vel in carne virginis / puritas car-
nis virginis plus redundaret in impuritatem cor-
poris filii sui quam impuritas anime / ergo sequitur
quod in corpore virginis illud materiale non fuit
quod convenit ad illud propositum figura illa qua
allegavit dominus Bonaventura super iii dist. iii
In qua virginis corpus figuratur per archam / et
anima per urnam mana plenam Si ergo corpus
virginis figuratum per archam constat quod archa

vrne

ante inductionem fabricata erat ex duplici mate-
ria primo ex lignis sethym et postmodum auro
purissimo operta intus et foris ligna autem
sethym de natura sua sunt imputribilia nec fuit
aliquid in ipsis putredinis aurum etiam ex quo fie-
bant vasa templi erat purissimum et nichil ha-
buit impuritatis admixtum Si ergo corpus
virginis ante infusionem anime figuratum fuit per-

archam ante inductionem divine sapientie quod purissima
debuit esse et immune ab omni materiali originali
quod est principium totius putredinis et impuritatis
12° figura illa genesis ij congruit non est bonum homi-
nem esse solum faciamus ei adiutorium simile sibi
Christi hoc enim verbo figuratur quod sicut deus dedit
evam ade veteri in adiutorium simile sibi ad carna-
lem filiorum suorum generationem sic et dedit ade novo
immaculatam virginem adiutorium simile sibi ad r[e]-
ceptionem ade filiorum regenerationem Sed tanta fuit
similitudo inter adam veterem et evam quod sicut iste fu-
it formatus sine originali quantum ad materiale et
formale Ita etiam illa ergo etiam tanta fuit simi-
litudo inter adam novum et immaculatam virgi-
nem quod sicut ipse novus adam fuit exemptus ab
originali quantum ad materiale et formale ita et virgo i[m]-
maculata vel non fuit tanta similitudo inter christum
et virginem quanta fuit inter adam et evam quod
contradiceret figuris scripturarum [illegible] ergo
et responsalis ad questionem est illa dicendum de concep-
tione que est conceptio naturalis et de originali quantum
ad formale Si veritati scripture non derogat
pium est credere immaculatam dei genitricem i[n] ista
in infusione anime in corpore creatam [illegible] preservato
[illegible] fuisse privilegio singulari [illegible]
nec [illegible] [illegible] visa est nec habet sequacem
[illegible] huius conclusionis commendant doctores
qui sequuntur aliqui [illegible] doctores Quorum [illegible]
mone sit [illegible] Robertus holkot
ordinis predicatorum in [illegible] qui in-
cipit [illegible] doctrina anshelmi debeat rationa-
biliter reprobari et detrahi quod non Robertus
[illegible] in tractatu de laudibus marie
[illegible] archiepiscopus in tractatu nondum
erant abyssi petrus thome ordinis beate ma-
rie de carmelo patriarcha ierosolomitanus
in tractatu de laudibus virginis Idem petrus
thome in epistola ad infantem arragonie magister
henricus de hassia in epistola contra [illegible] ca-
pitulo xi et in tractatu de macula [illegible] franciscus de
maronis in tractatu de conceptione virginis Guil-
lermus okam in suo [illegible] Nicolaus de lyra in re-
sponsione contra iudeum Johannes vitalis in suo
defensorio virginis Guillermus [illegible] doctor
subtilis Gerardus odonis patriarcha anthio-
cenus [illegible] de candia qui fuit alexandri
papa quintus Thomas de argentina [illegible]
[illegible] Johannes de Basilea [illegible]
ordinis beate marie de carmelo landulphus neapo-
litanus archiepiscopus omnes isti super iij sententiarum dis-

[marginal note, left column:] et [illegible]

iij Preterea dicit magister Jo. vitalis in suo defen-
sorio virginis quod magister Alexander de halis qui primo
fuit adversarius in tertia parte summe sue post-
modum [illegible] quod dixisset oppositum asseru-
it in [illegible] Tota pulchra es exponendo de virgine
Item dicit armachanus primo fuit adversarius super
iij dis. iij Sed postmodum factus episcopus publice
tractavit in sermone [illegible] sibi [illegible]
tendens per illud medium in conceptione virginis nulla
fuisse macula originalis quod nullus sapiens ar-
chitectus in domo facit fundamentum ruinosum sic
quod richardus de media villa primo fuit adversarius
in iij dis. iij Sed postmodum in antiquitate fecit
tractatum super Ave maria ubi expresse asserit
eam sine originali conceptam Ave inquit gra-
tia [illegible] in prosperis [illegible] preteritis [illegible]
obscuris Ave cordis et operis originalis vul-
neris in rigore [illegible] [illegible] est ignomine ma-
labes innocentie etc Item [illegible] tho. fecit la-
bem [illegible] de ista materia Item beatus
[illegible] contra
[illegible] in libro quem fecit de conceptione [illegible] adam
hereticos [illegible] probat quod sicut primus adam
fuit in agro damasceno de terra virginea
immaculata formatus per illud canticorum quarto
Tota pulchra es etc de quo legitur [illegible]
[illegible] quod [illegible] [illegible] [illegible]
pro ista positione fecerunt plures alij doctores
scolastici et pene omnes [illegible] [illegible]
intendo quadruplici via colorari primo auctori-
tatibus [illegible] doctorum 3° [illegible]
[illegible] Et quarto evidentia miraculorum
in sermone superius continetur Colorari autem
ista via primo auctoritatibus [illegible] et primo beati
hildefonsi tolletani archiepiscopi viri tante sanctitatis
cui beata virgo in hac mortali vita apparuit et
sibi [illegible] pontificalem albam de celo al-
latam donavit [illegible] vero vice sedenti [illegible]
[illegible] altare sibi apparuit et nulla sede ipsum
installavit quibus alba et cathedra nulli
ipsum [illegible] hildefonsus
[illegible] de virginitate
[illegible] que scripsit contra [illegible] ista verba
et [illegible] virginis [illegible] fuisse
[illegible] ab ipso originali [illegible] matris [illegible]
[illegible] non solum prime matris [illegible]
ta est maledictio [illegible] nata [illegible]
[illegible] Nullus igitur postquam nata [illegible]
[illegible] originale [illegible] in utero [illegible]
contraxit Jo. [illegible] in sermone de [illegible]
loquens de virgine sic ait hec [illegible]
nec nodus originalis nec cortex [illegible] culpe

fuit 3° Augustinus de natura et gratia excepta inquit sancta
virgine de qua propter honorem domini de peccatis agi-
tur nullam prorsus volo habere questionem Unde
quia plus ei gratie collatum fuit ad vincendum
ex omni parte peccatum que concipere et parere meruit
quem constat nullum habuisse peccatum hac i[g]itur una vir-
gine excepta si omnes sancti sancteque dum hic viverent in-
terrogati fuissent utrum sine peccato essent omnes una
voce clamassent si dixerimus quod peccatum non habemus
nos metipsos seducimus et veritas in nobis non est
[illegible] Augustinus [illegible] de v. heresibus [illegible] loquens
in persona filij [illegible] quem despicis manichee
[illegible] mea est [illegible] fabricata [illegible] mea Si potuit
mater mea inquinari [illegible] facerem potui [illegible]
ni [illegible] nasceretur [illegible] Anshelmus de conceptu
virginali [illegible] decuit inquit ut [illegible]
[illegible] ex matre fieret purissima ea
puritate qua maior sub deo nequit intelligi cui
deus pater unicum filium quem de corde suo genuit
equalem sibi ita dare disponebat ut esset naturaliter u-
nus idemque communis dei patris et virginis filius et
quam substantialiter filius ipse matrem sibi facere elige-
bat et de qua spiritus sanctus operaturus erat ut conci-
peretur et nasceretur ille de quo procedebat [illegible]
procedebat vi. idem Anshelmus de exordio humane
[illegible] Si quid inquit originalis peccati in propagatione
matris dei extitit illud propaginis non propagate
prolis fuit [illegible] Si deus castanee confert ut i[n]ter
spinas [illegible] [illegible] [illegible] et deformetur
non potuit hoc facere filius matri sue Et [illegible]
plane potuit et voluit quod si voluit fecit [illegible] idem
[illegible] conceptione virginis Si ieremias inquit quod gentibus
erat propheta futurus in vulva sanctificatus et [illegible]
[illegible] et virtute helye dum [illegible] adhuc ex
utero matris spiritu sancto repletus est quis dicere
audeat singulare totius [illegible] propitiatorium et uni-
ci filij dei [illegible] mox in primordio sue concep-
tionis spiritus sancti gratia fuisse destitutum [illegible] idem
In epistola ad coepiscopos Anglie Non puto inquit verum
esse amatorem virginis qui celebrare respuit festum
sue conceptionis 9° Bernardus de [illegible] victore
in sermone nondum erant abyssi Non decuit inquid
ut caro marie qualiscumque foret obnoxia culpe
[illegible] dei sapientie indignum credimus ut quam in lumen
[illegible] predestinavit primitatis tenebris sineret i[n]-
volvi Nec erit ingratus [illegible] qui patri ma-
tris honorem precepit exhiberi Jo. devotus [illegible]
in sermone de assumptione ut [illegible] est caro [illegible]
virginis ex adam [illegible] maculas ade non admisit

ij° Jero. Ubi supra ceteris per partes prestatur
gratia marie vero se tota infudit plenitudo
gratie que fuit in christo quamvis aliter et aliter [illegible]
fuit gratia immunitatis ab originali concesta fuit
in maria quamvis aliter et aliter in christo fuit [illegible]
maria contingenter vel non fuit in ea plenitu-
do gratie que fuit in christo [illegible] idem Jero. nulli
dubium est de matre domini quin talis debuerit esse
que non posset redargui de peccato cum fuisset ad
imperium christi [illegible] idem [illegible] quidquid potest
[illegible] carnis minus est a laude virginis
[illegible] Cyrillus patriarcha alexandrinus in trac-
tatu ex. [illegible] que fecit contra nestorium asseren-
tem quod tempore [illegible] maledictio culpe non defuit
Sed in christo et virgine fuit dicit ista verba post
filium inquit temerarium est ponere in maria virginem
maculam aliquam aut peccatum [illegible] sanctus thomas
super primum sententiarum dis. xvij ar. iiij in solutione
quarti articuli Et expressius ad hoc dis. xliiij ar. iij
in solutione iij articuli utrobique respondendo ad dictum anshel-
mi decuit ut virgo quam deus unigenito suo
paraverat in matrem tanta puritate niteret
etc puritas inquit intenditur per recessum a contrario
et ita potest aliquid creatum inveniri quo nichil pu-
rius potest esse in rebus creatis puta si nulla
peccati contagione inquinatum sit et sequitur et tal-
is inquit fuit puritas marie que ab originali et actuali
immunis fuit [illegible] verba expressa sancti doctoris
16° ut etiam immaculata virgo bonum testimonium
habeat ab hijs qui foris sunt [illegible] Nicolaus
de lyra in responsione contra iudeum dicit [illegible]
[illegible] in libro alkoran qui est autenticus apud
sarracenos quod audivit [illegible] dei dicentem [illegible]
[illegible] de filijs adam nascitur quem non tangat
sathan et ideo plorat vociferans [illegible] [illegible]
Et sequitur preter mariam et filium eius [illegible]
dei intelligit machmetum [illegible] aut quo tangit
sathan filios ade non est aliud quam peccatum origi-
nale quod si machmetus exemit mariam a tactu
sathan patet quod exemit eam ab originali Ergo si
nos [illegible] involuerimus mariam virginem [illegible]
opprobrium a quo infidelis apostata machme-
tus ipsam absolvit [illegible] valde debemus
et formidare ab ira [illegible] ne tandem ex appa-
ratu [illegible] nobis [illegible] machmetus in iudicio
surget contra nos et condempnabit nos quia illo
credente nos credere noluimus et illo honorante vir-
ginem nos ipsam non honoravimus 2a via ad hoc
ad colorandum [illegible] sumitur ex dictis
doctorum et quantum ad istam viam fiunt [illegible]

[marginal notes:] [illegible]

pro ista parte omnes ille viij rationes adducte pro quarta propositione quas volo habere hic pro missis et precipue facit ratio doctoris subtilis non est dubium quin deus beatam virginem ab originali preservare potuit et permittere ut per instans vel per tempus ipsa huiusmodi originale contraxerit Quid autem istorum factum sit novit ipse qui ea creavit ubi vero non derogaret aut excellentie filij aut veritati scripture magis probabile est attribuere virgini quod excellentius est Et si per contrariam fieri contingeret errare in alteram partem minus periculosum est errare extollendo virginem quam ipsam deprimendo quia potens est impetrare apud filium de huiusmodi errore veniam Sed quia adducitur ratio que sumitur ex isto canticorum iiij Tota pulchra es amica mea et macula non est in te Quod non potest esse verum de aliqua creatura rationali et singulari post christum nisi solum verum sit verum de beata virgine Quod autem non possit verificari de virgine si contracto erit originale probatur sic Dicit enim philosophus 2o de celo et mundo hoc solo privatur deus quod non potest facere preteritum non preteritum Si ergo beata virgo semel fuit originali peccato infecta non poterit unquam deus facere quod non fuit infecta Et quantumcunque deus remiserit sibi illam culpam semper tamen remanebit in illa nota quod fuit aliquando peccato maculata Volo ergo probare quod ista nota sit una macula et indelebilis macula et primo quod sit macula sic ostendo quantumcunque enim deus remiserit marie magdalene peccata sua quantumcunque etiam maiorem gratiam habuit quam quam beata virgo tunc tamen semper remanet in scientia dei et conscientia ipsius magdalene et etiam in scientia sanctorum nota sue precedentis peccatrice que non erat in virgine que nota sine esset macula quedam et privatio alicuius boni ipsa propter huiusmodi notam non privaretur aureola nec impedirentur cantare canticum quod cantant ille excelsum coram quibus cum mulieribus non sunt coinquinati et sequuntur agnum quocunque ierit apocalipsis xiiij 2o quod ista macula sit indelebilis probo sic Sicut dicit Ieronimus ad Eustochium Audenter inquit loquar cum omnia possit deus non tamen potest virginem suscitare post ruinam Et ratio est ista quia ad virginitatem que est virtus non sufficit integritas corporis que non est nisi materiale virtutis sed magis requiritur integritas propositi mentis que est formale virtutis Quamvis autem deus post ruinam virginis possit reparare claustra virginea penitus ac si nunquam fuissent violata sed integrare non tamen potest mentis propositum quin si semel fuit interruptum quin nota illa discontinua tamen ibi perpetuo pateat sicut abductio ceratricis post sanctas vulnerum Ita in proposito nostro Si beata virgo fuit originali peccato infecta quantumcunque deus sibi remiserit culpam illa semper tamen sicut in magdalena in scientia dei et sanctorum et conscientia ipsius magdalene sic remanet illa nota sue precedentis impudicitie sic in conspectu dei et sanctorum et conscientia ipsius virginis remanebit ipsa nota quod ipsa fuit aliquando peccatrix deo odibilis filia ire et rea damnationis eterne Et ista nota videtur esse ad similitudinem infamie latronis qui post remissionem absolutionis a principe reducitur de patibulo Quantumcunque enim princeps remiserit illi latroni crimina sua semper tamen remanet in ipso illa infamia et illud obprobrium quod fuit convictus confessus et iudicatus de illo crimine et publice ad patibulum ductus A qua infamia non potest ipsum relevare princeps per remissionem sed tamen potest facere ut illa infamia amplius sibi non exprobretur Sic etiam immaculata virgo si fuerit originali infecta non poterit deus ipsam relevare ab ipsa contracta infamia sed tamen facere quod virgini non imputetur et propterea ad istud propositum dicebat propheta david psalmo xxxij Beati quorum remisse sunt iniquitates et quorum tecta sunt peccata Non beatus vir cui non imputavit dominus peccatum Non dicit propheta beati quorum deleta sunt peccata sed quorum tecta sunt peccata Nec dicit beatus vir qui non fecit peccatum sed in medio verum sed cui non imputavit dominus peccatum ad modum aut qualiter remissa culpa et soluta pena peccati remanet adhuc aliquid in peccatore de ipso peccato quod nunquam delebitur sed tamen tegetur sicut exemplum de carbonea quem deus ex natura sua nigerrimus vel inceris Carbo enim de natura sua niger est et ideo incenditur non tollitur eius nigredo sed tamen operitur quia si extinguatur a prima nigredinem reducitur Ita cum peccator glorificatur tegitur et relinquitur splendore glorie ille remanentes peccatoris absoluta et non delentur quia si deus de potestate absoluta [illegible]

Et si deus de absoluta potestate ipsum habitum glorie exueret illa macula appareret in virgine sicut in secundo in exstincto carbone Qua macula stante virgine quamvis optata non posset dici tota pulchra es amica mea etc. Et ista est differentia que est inter iustificationem dei et iustificationem hominis Iustificatio dei est mera innocentia in eo quod sibi per naturam quam peccatum non fecit nec contraxit nec facere nec contrahere potuit Iustificatio vero hominis est meritoria imputatio peccatorum indulta per gratiam et ex ista radice potest fundari potissima ratio que sumitur ex eo quod immaculata virgo constituta est mediatrix inter nos et filium suum sicut filius suus inter nos et deum Et arguitur sic immaculata virgo constituta est mediatrix inter nos et filium sed debuit ut mediatrix quandam habere mediam inter iustificationem filij et iustificationem nostram sed iustificatio filij sui est mera innocentia quoniam illi per naturam iustificatio vero nostra est mera non imputatio peccatorum indulta per gratiam Iustificatio vero media inter istas duas iustificationes est innocentia per gratiam que aliquo participat cum utraque et aliquo differt ab utraque participat enim cum iustificatione filij in eo quod innocentia est et differt ab ea quia non inest virgini per naturam sed indulta est per meram gratiam atque non precedit infectionem peccati et non potentiam sicut innocentia filij que precedat utrumque participat 2o cum iustificatione nostra inhibetur quod indulta est virgini per gratiam sicut non imputatio peccati nobis indulta est per gratiam et differt ab ea in quantum innocentia est et non est non imputatio peccatorum ergo sequitur quod beata virgo habere debuerit iustificationem istam que est innocentia per gratiam Iusta ergo innocentia non stat cum illis quod originale contraxerit et per istam rationem videtur potest ad 3 quod allegatum est de bonaventura pro tertia conclusione Cum enim tractus in primam rationem ad assimilandum mediationem virginis inter nos et filium excellit nec est quod modus tractus ibi quarta ratio sumitur ex eo quod immaculata virgo predestinata erat fore mater dei et arguitur Deus mandavit in lege Exodi 20 honorare patrem et matrem et salvator protestatus est in evangelio Matthei v quod non venit solvere legem

sed adimplere ergo sequitur quod immaculate virgini omnem honorem in sua conceptione exhibuit quod exhiberi potuit filius matri Non patitur autem honor filij permittere suam matrem sustinere penas inferni si prohibere posset Sed secundum doctores maius malum est permanere in peccato mortali per instans quam sustinere per longa tempora penas inferni ergo si non sit honor filij permittere matrem sustinere per multa tempora penas inferni adhuc minus erat honor eius permittere ipsam infici originali macula 16 et ultima ratio sumitur ex privilegio sanctitatis quo sancti ceteros in utero sanctificatos singulariter eminent et arguitur secundum rationem sanctificationis pensanda est magnitudo sanctificationis Sed secundum augustinum Ieremias sanctificatus est quia gentibus dat propheta futurus Et Iohannes baptista quia in spiritu et virtute helye salvatoris erat precursor Sed immaculata virgo sanctificata est quia salvatorem non prophetatura aut precursura erat sed in suo immaculato utero et de suis purissimis sanguinibus erat conceptura et paritura ergo sanctificatione excellentiori preteris sanctificari debuit quanto preteris excellentius non habuerunt quanto sane plus est esse matrem quam prophetam aut precursorem salvatoris sed sanctificatio precursoris salvatoris tanta fuit quod excludit omne actuale peccatum ergo sanctificatio matris salvatoris maior erit quam fuit sanctificatione excludens omne peccatum actuale Sed sanctificatione excludente peccatum actuale nulla est maior nisi illa que excludit actuale simul et originale ergo sapientum quod mater salvatoris sanctificari debuit sanctificatione excludente actuale scilicet et originale // Tertia via ad coloriturum propositum meum sumitur ex figuris scripturarum Sicut enim immaculatus et digne virginis plus multiplicat invenitur in scripturis figuratus per rubum scilicet moysi per virgam aaron per vellus gedeonis per thronum salomonis per portam ezechielis et in multis aliis Sic [illegible] invenio aliquas in scriptura figuras preservationem eius ab originali macula singulariter figurantes Prefiguratur enim primo in verbis illis Genesis Faciamus genesis ij Non est bonum hominem esse solum faciamus ei adiutorium simile sibi Prefiguratur 2o per mulierem illam genesis iij que contriverit caput serpentis 3o per mulierem amictam sole calcantem lunam sub pedibus suis / 4o per virgam

1a per palmam 6o per archam federis 7o per cedrum
8o per cypressum 9o per mirram 10o per rosam 11o
per lilium 12o per auroram 13o per diem 14o per maris
stellam que singule mysterie et diminute ostendunt
virginem si concepta fuerit in peccato originali esse
figuratur primo immaculate virginis ab originali preservatio
natio in verbis illis Genesis secundo. Non
est bonum hominem esse solum. In hoc enim quod deus dedit
homini veteri euam in adiutorium simile sibi ad car-
nales filios suos generandos figurabatur quod daret
deus ade novo immaculatam virginem in adiu-
torium simile sibi ad pemptorum veteris ade filiorum
regenerandorum propter quod ad hoc devotus Bernardus exponendo
dicebat in sermone de assumptione incipiens Signum
magnum apparuit in celo Et quidem inquit ad
restaurationem humani generis sufficere poterat
solus Christus sed nobis non bonum erat hominem esse
solum congruum magis erat vt adesset nostre re-
parationi sexus vterque quorum corruptionem neuter
deesset defuisset Et in alio loco dicit sicut
sine ipso nihil factum est ita et sine ipsa nihil
sit refectum Et quod eua data ade veteri in
adiutorium quod forte magis similis sibi ipsa fuit os
ex ossibus suis et caro de carne sua ita imma-
culata virgo data ade novo in adiutorium
quo forte magis similis sibi ipse fuit os ex ossibus
virginis et caro de carne sua In figurationibus autem
scripture figuratum semper presentamus quam figura
similitudo inter adam et immaculatam virginem
presentior esse debuit quam similitudo inter adam
veterem et euam Sed similitudo inter adam veterem
et euam tanta fuit vt sicut adam vetus for-
matus fuit sine originali peccato ita et eua ergo
sicut novus adam conceptus fuit sine origi-
nali peccato ita et virgo immaculata vel non
fuit tanta similitudo inter adam novum et
immaculatam virginem quanta fuit inter adam
veterem et euam quod esset figure scripture
contradicere Figuratur 2o immaculate virginis
preservatio per mulierem illam que conteret et erat
caput serpentis legimus enim Genesis iii. deum dixisse
ad serpentem Inimicitias ponam inter te
et mulierem et semen tuum et semen illius

ipsa conteret tuum Serpens enim antiquus huius
no generis infestus impingendo in singulos cau-
ade filios originalem culpam in primordio sue
conceptionis In hoc tamen solum specialiter vicit
ipsos et quasi in cunabulis suis strangulavit
Sicut est causa super devota Bernardus h. de xii
gradibus humilitatis propter quod nascimur
omnes morituri Nascimur inquit omnes mori
turi quia primo morimur nascituri et sulpi-
ciorum abhortiui nascimur mortui quia in matris vtero
sumus a serpente strangulati Sed dum tortuosus
ille sicut ceteros aggressus est strangulare vir-
ginem ipsa ex tunc gratie plenitudine pre-
munita et roborata dum nihil passa est ab eo
vires eius elisit et potenti virtute triumphavit
in hoc contrivisse dicitur caput eius quia sicut
contrito capite in quo vigent motus hominis et
sensus qualis ad ipsum vltra vires non habet Sic
serpens suo primo aggressu a virgine repulsus et
separato quasi contrito vires nullas in ipsam
habuit et protectam eam in ipsam in effectum amisit
Quod si dixerimus ipsam originalem contraxisse
maculam quod est concedere ipsam fuisse a ser-
pente strangulatam nec erit facile intelligere quo
strangulata strangulatus potuerit caput eius
terere Et sequitur Et per figuram virgo in signum
illo triumpho adeo sibi ab initio servili singulari
ter reservato Et huius figure de contritione capi-
tis serpentis per similem est figura sapientis in quo
immaculate virginis preservatio ab originali figu-
ratur per mulierem amictam sole lunam calcatam sub
pedibus suis prout scribitur Apocalypsis xii. lunam
enim pedibus mulieris substratam dicit devo-
tus Bernardus in psalterio sermone figuram magis in
dicit figurare draconem illum magis in suo se-
dis figurare dracone illum magnum quia
vt luna semper variabilis et defectibilis
luna eclipsata lumen suum perdidit in
decore suo luminis ipse est draco ille qui
tamen devorare partum mulieris et serpens in
tegimus insidians semper calcaneo eius sed
ex tunc sine prostratus et conculcatus sub im-
maculate virginis iacuit pedibus quia ipsum
sua preservatione vt supra dictum est contrivit caput eius

Nec ab hiis figuris ambabus est aliena figura
quarto loco posita in qua immaculata virgo
figuratur per vitem propter quod de ipsa scri-
bitur Ecclesiastici xxiiii. Ego quasi vitis fructificavi Vi-
tis enim hanc virtutem habet quod odore suo
extinguit bufonem et eodem modo oportuit
posse virginis in sua conceptionis odore ex-
tinxisse bufonem quod nisi ostensum est ipsam
contrivisse caput draconis congruit et hiis
tribus figuris figura 4o loco posita in qua im-
maculata virgo figuratur per palmam
propter quod de ipsa scribitur vbi prius Ecclesiastici
xxiiii. Quasi palma exaltata sum in cades
Et palma namque signum est victorie et titulus
triumphalis qualis palme gestatio nulli de fi-
guris ade magis competit quam immaculate vir-
gini que sola inter ipsos draconem suppeditare
potuit venenosum extinguere bufonem et con-
terere caput serpentis Figuratur quarto imma-
culata virgo per archam federis qua figura
allegat dominus de bona ventura super iii sententiarum
in quibusdam dicentibus et bene dicentibus quod immacu-
lata virgo fuit designata per archam atque vero
eius per vrnam manna repletam in qua vrna
prius fuit manna plena quam introducta in ar-
cham hoc signat quod ante virginis fuit prius
sanctitatem natura repleta gratia quam corpori
vnita Adhuc ex alia racione potest immacu-
lata virgo figurari per archam Nam mandatur
dominus moysi Exodi xxv quod componeret archam de lig-
nis sethim et operiret eam intus et foris auro pu-
rissimo que gemina materia testatur immunitate
virginis ab originali macula Nam ligna se-
thim de sui conditione imputribilia sunt nec enim
ipsis putredinis aliquid percipiunt Aurum
etiam proprie ex quo fiebant vasa templi
purissimum fuit nec habuit aliquid impuritatis
admixtum Ergo si beata virgo fuit figurata per
archam oportet quod ex purissima et mundissima
a putredine composita fuerit materia quorum originali
macula infecta fuerit sequitur quod nec ex purissima
materia composita fuit tamen figure expli-
cuit sethim 5. et 6. figure sequentes in quibus im-
maculata virgo comparatur cedro et cypresso

propter quod de ipsa scribitur vbi supra Ecclesiastici xxiiii Et
Quasi cedrus exaltata sum et cetera Cedrus enim et
cypressus sicut et ligna sethim hanc sibi proprie-
tatem vendicant quod sunt imputribiles qualis in-
putribilitas ne virgini deesset qua minus ipsa
cedrus cypressus et lignum sethim comparari debet
quod natum est ex ea sicut sua disposuit accelera-
re resurrectionem ne daret sanctum matris suum
videre corruptionem Et hec imputribilitas lignorum
a sorte hac racione ostendit carentiam originalis ma-
cule fuisse in conceptione virginis quod ligna ista
non sunt conditionis huius quod primo fuerint putre-
factibilia condita et postmodum per donum aliquod
actuale facta fuerint imputribilia Ergo
si beata virgo vere cedrus et cypressus fuerit
oportet quod sicut cedrus et cypressus imputri-
biles create fuerint de imputribilitate loquor per
carentiam actus et non per carentiam potentie quia
et si in statu innocentie fuisset maiorem non
habuisset nec in statu nature lapse maiorem
habere debuit quam sanctus filius habuit cuius
resurrectionem pius accelerata non fuisset tradunt
doctores sancti quod eius caro sanctissima in terra
fuisset putrida aut putredinis huius imputribilitatis op
posite est ipsum originale peccatum per quod vt ait apostolus
Ro. v. mors intravit in mundum ergo si virgo
ad instar cedri et cypressi imputribilis creata fuit
oportet vel quod opposita fuerint in eodem subiecto
simul vel quod originale non contraxit figuratur sexto im-
maculata virgo per mirram electam propter quod
de ipsa scribitur vbi prius Ecclesiastici xxiiii quasi mirra
electa dedi ~~odorem suavitatis~~ sicut suavitatem
odoris Mirra namque hanc virtutem habet quod ver-
mium putredinem nedum a se sed etiam ab aliis
putrefactibilibus arcet, qualis virtus misterio
fuit in virgine que vermiculum carnalis concu-
piscentie nunquam in se experta est pruriginem
sed et illorum petulantiam vt ait devotus Bernardus ipsa
sola vultus venustate mortificabat et hec mis-
tica virtus mirre non minus quam imputribilitas ce-
dri et cypressi conduxit in conceptione virginis fuisse
carentiam originalis peccati Nam si virtus mir-
re hoc habet quod ab infectione putredinis proprium
defendit subiectum et immaculata virgo putre-
in verbum insipiens cadat aut deficiat necesse
est verbum assistere unde Jo vii stabat ihesus et clama
bat et hic ultimo cum discipuli laborarent nichil ce
pissent stabat ihesus in litore et ad verbum eius re

verum multitudinem piscium i psalmo dicit pater
augustinus considerans instabilitatem suam clamat
ad animam quid inte stas et non stas proice te in eum
noli metuere ne subtrahat ut cadas proice te securus
excipiet te et salvabit Ex quibus iam satis in
videntur lovis exigere ut in ipsa verba pro tem
pore accomodata esse intelligantur que non modo ad
divini verbi incarnati extollentiam responsa
fuisse arbitror sed ut iudeorum cecitas et neglige
ntia divino dictu arguerentur cum enim illi non sentirent
ut decet caritate veri salvatoris adventum expec
tarent sed tamen terrena intuebantur ipsum eo parto
nascituro quo non retinet sed mundane christum
amplum dedit ut si nichil medio criter congnoscere
vellent facile ad ipsum verum salvatorem pervenissent ip
sumque medius eorum cum Johanne stare confessi fu
issent salute quam omnibus dare venerat et sibi per
minime ab eo expetituri Vellem quoque ex fratribus
nos qui non tamen verbo sed christiano nomine cen
semur tam celsioris vite forma congnoscimus
ut iudeorum huius sit satis adventus desiderio vi
veremus et ut mundum iam langwentem ac pe
ne expirantem dominus in plurimis pestolante
ut adhuc stantibus fundamentis reverentie eius
senectute collapsa per eo qui semper medius verum
stetit ut spopondisti restitueretis per quam iam
heresibus bohemicis extincti gratisque ad uni
onem ecclesie vocati patrem insuper omnio modica
per unus viribus populo romano intimae restituistis
ecclesie eo mediante reformacio pollicita non
differatis ipso qui semper medius verum stetit
prestante qui in secula seculorum est benedictus
Amen.

Ad perpetuam conciliorum generalium memoriam ac ipsorum ac ipsorum reformacionum fiendarum et constitucionum ac statutorum in eisdem ordinatorum.

Cumque non nulla corrigenda addenda immutanda per vos pater reverendissime domine Iuliane de Cesarinis tituli sancti angeli Cardinalis dignissime et nunc in sacro concilio de consensu universalis ecclesie catholice ad sanctissimi domini nostri Eugenii pape quarti presidentis insistissime tibi scribo tractatum pridem ego toto corde cum zelus domus dei et sponse christi a suis annis decrete virtutis diuturnis urgeat et compellat pro eius iusticia et reformacione agonizare et usque ad mortem pro eius iusticia certare vestre paternitati transmitto non ea decidendo nec meo sensui inherendo, quin immo protestor si meorum maiorum precepta inscius ea revocare cassare annullare publice et occulte et solum id tenere credere et asserere quod tenet credit et asserit sancta mater universalis ecclesia et sancta Romana curia. In primis pro fundamento totius reformacionis noto illam auctoritatem decreti sancti [illegible] tam 96 di. ubi dicitur: Duo sunt quibus principaliter iste mundus regitur auctoritas sacra pontificum et regalis potestas. In quibus tanto gravius est pondus sacerdotum quanto etiam pro ipsis regibus hominum in divino iudicio sunt reddituri racionem. Et hec ibi et hii sunt duo gladii a christo ecclesie in persona petri dati cum dixit petrus christo: Ecce duo gladii hic. Et christus Ihesus dixit: Sufficit. Sunt enim duo gladii quorum unus est temporalis alter est spiritualis ad faciendum vindictam in nacionibus et increpaciones in populis. De primo patet [illegible] apostolum christi vicarius arguere obsecrare increpare delinquentes fideles et ligare ac solvere iuxta commissionem christi mt. [illegible] Secundo ad 2um patet per [illegible] hyspanum ysidorum [illegible] q. [illegible] principes seculi et in c. [illegible] ubi dicitur [illegible] aliter esse tute non possit nisi quod ad divinam [illegible] pertinet et regni ac sacerdotalis defendat auctoritas. Sic igitur iste due potestates debent mundum regere et populum christianum in confessione divina et iusticia pace fide et caritate et quarumque virtute gubernare et de eis racionem in divino examine reddere. Sic igitur ut alios inferiores reforment corrigant et tueantur necesse est quod se ipsos primo reforment per bona exempla et virtutes ne [illegible] ipsorum dicatur: Medice cura te ipsum. Quia cum pastor per abrupta graditur necesse est ut grex ad precipicium [illegible] feratur. A Romana ergo curia et a principibus seu fidelibus est reformacio incipienda in conciliis generalibus et [illegible] qui videntur esse populi prelatis episcopis ac maioribus [illegible] Dicitur vos estis lux mundi et [illegible] luceat lux vestra coram hominibus ut videant opera vestra bona et glorificent patrem vestrum qui in celis est. A Romana ergo curia est reformacio incipienda quia Romana curia est velud luminare maius ad mundi firmamentum et regimen posita [illegible] non [illegible] licite de [illegible] et [illegible] [illegible] in capite totum corpus [illegible] ut dicit [illegible] ij q. vij. Vulnerato namque pastore [illegible] quis curandis omnibus adhibet medicinam aut quem fructum de se producturus est [illegible] ramis radice infecta. 1. q. 1. [illegible] languescente enim capite [illegible] reliqua corporis membra [illegible] tur. 6. q. 1. Non enim sunt [illegible] ij q. vij. Non omnis [illegible] da est amat et scandalis potestas spiritualis et etiam temporalis ut nichil sibi vendicet [illegible] cupiditas que radix est omnium malorum [illegible] ij. in cunctis peccatorum [illegible] illa et pena [illegible] debet esse metus multorum ij. q. vij. [illegible] ab inferioribus ea que inferiores ab eis patiuntur [illegible] ij. q. v. [illegible] reformacio nisi peccatorum et malorum [illegible] et bonorum introductio et legis et mandatorum dei impletio et penitencie susceptio ac vite emendatio quia christus Ihesus [illegible] dicens penitenciam agite appropinquabit enim regnum celorum. A [illegible] ergo duabus potestatibus est incipienda reformacio et exequenda quia istis reformatis [illegible] inferioribus fiet reformacio in [illegible] dictis quia quid quid agitur a prelatis facile [illegible] a subditis ait gregorius.

Sed quia dictum aliqua conscientia [illegible] reformacione querebantur a me [illegible] petere et [illegible] quis est ille qui [illegible] duas potestates habet iurisdictionem ad [illegible] reformandum et corrigendum et precipue spiritualem potestatem cum multi clamant et dicunt de papa [illegible] q. iij. Nemo iudicabit primam sedem que est pape. [illegible] xl. di. Si papa ubi dicitur papa ceteros iudicaturus a nemine iudicatur et nullus est qui dicat sibi cur hoc facis. [illegible] aliorum causas deus voluit [illegible] hominum terminari. Sed sedis istius presulem suo sine questione reservavit arbitrio [illegible] q. iij. Nec et sola Romana ecclesia sua auctoritate debet de omnibus iudicare de ea vero iudicare nulli permittitur. [illegible] q. iij. [illegible] Et de hac correctione et iudicio et reformacione sunt multa alia et dicta sanctorum patrum que causa brevitatis omitto. Ad ista michi [illegible] nichil [illegible] nec [illegible] asserere. Sed solum opiniones doctorum aliquorum de hac materia loquencium [illegible] sunt [illegible]

Quidam enim asserunt quod papa non potest iudicari nec reformari secundum eorum voluntatem suam iudicio publico non solum a quacumque persona universitate particulari immo etiam excepta heresi non potest reformari nec iudicari nec condempnari ab ipso sacro concilio generali quia dicunt quod minor est potestas pape in iurisdictione in divino in correctione in reformacione in auctoritate excommunicatione et clavium ligacione et solucione quam sit potestas universalis ecclesie [illegible] sibi soli datum est a christo: Tu es petrus et super hanc petram etc. et tibi dabo claves regni celorum. Tibi inquit christus primo et principaliter et soli christus quod petro promisit adimplevit dicens: Quodcumque ligaveris etc. et post resurrectionem soli datum est a christo Io. xxi: Pasce oves meas, et primus potestatem a domino suscepit et populos ad fidem christi convertit. [illegible] In novo testamento post christum primo pontificatus datus est in ecclesia ut [illegible] ibidem et Ambro. [illegible] in c. beati petri dicit: Roma principium et caput obtinet nacionum [illegible] petrus caput est totius eius ecclesie eius sedes prima est ad quam maiora negocia sunt referenda [illegible] q. 1. [illegible] mus. Et ideo eius iudicium solus deus sibi reservavit quia vocatus est in plenitudinem potestatis et alie ecclesie sunt vocate in partem sollicitudinis ij. q. vi. decreto. Et multa statuta et decreta conciliorum [illegible] in hiis presertim que fidem non tangunt [illegible] et ab ecclesia tam de iure quam de consuetudine de potestate pape approbata circa [illegible] generalia concilia que generalia concilia nunquam expresse determinaverunt potestatem pape esse inferiorem generalis concilii potestate nec diffinierunt papam Romanum corrigi aut reformari per concilium generale nisi forte esset devius pertinax aut incredulus et remissus immo dixerunt quod nemo iudicabit primam sedem iusticiam temperare desiderantem neque ab augusto nec a toto clero nec a populo iudex iudicabitur. [illegible] q. iij. Nemo. Attento eciam quod solus papa potest et debet convocare generalia concilia quia pastor est generalis in dei ecclesia et ipse prestat auctoritatem conciliis et sine suo beneplacito aut sine sua convocacione si fiant non sunt concilia dicenda sed conciliabula ut in di. [illegible] decretorum [illegible] dicitur. Ex hoc quod papa a conciliis non potest corrigi accusari deponi seu reformari nisi in casu heresis pertinacis [illegible] potestas pape est maior quam universalis ecclesie et quod papa est superior conciliis generalibus in auctoritate in iurisdictione divino et potestate et ideo isti dicunt ista prima opinio dicit quod in statutis et reformacionibus generalium conciliorum papa potest interpretari dispensare et contravenire ac revocare presertim in hiis que fidem non tangunt et hoc de i° articulo.

Secunda opinio est aliquorum doctorum volencium pro utraque parte tam concilii quam pape immaculata et decreta sanctorum patrum [illegible] defendere qui dicunt quod nec papa potest a conciliis reformari corrigi accusari iudicari aut condempnari nec concilia generalia ab ipso papa convocata et per ipsum papam possunt corrigi accusari aut condempnari et ideo dicunt isti quod equalis potestas est pape in reformacione tam in membris quam in capite et in heresibus [illegible] et separatim condempnacione et in quarumque iurisdictione et auctoritate cum potestate universalis ecclesie seu concilii generalis. Quod etiam [illegible] quia papa habet se sicut caput in hoc corpore mistico ecclesie et universalis ecclesia se habet sicut membra et hec due potestates mutuo se debent iuvare defendere fovere [illegible] et reformare quia secundum apostolum unum corpus sumus in christo singuli autem alter alterius membra et nos omnes in unum corpus baptizati sumus et habemus unum deum Ihesum christum unam fidem unum baptisma et unum ovile et unum pastorem. Ideo ad denotandum hanc equalitatem potestatum mutuo se debent iuvare et hoc corporis est edificacio circa [illegible] et fovere dicit apostolus: Alios dedit deus apostolos alios doctores alios prophetas sibi in ecclesia

Vel alios pastores ut sunt magistros scolarum ministe-
rium et edificationem corporis Christi ubi ut quod pa-
pa non potest efficere vel reformare per gladium spi-
ritualis auctoritatem suppleat et reformet universalis ecclesia
per ulteriorem executionem et potestatem et econverso
et hanc potestatem equalem scilicet pape et universalis
ecclesie denotauit Christus ut ipsi dicunt quia apostolis ibidem
congregatis dixit primo petro et quodcumque
ligaueris super terram etc. et in communi apostolis
omnibus dixit quecumque solueritis super terram
etc. etiam apostolis congregatis post resurrectio-
nem cum qui ecclesiam ulterius representabant dixit accipi-
te spiritum sanctum quorum remiseritis etc. hanc etiam
equalem potestatem innuit decretum xxi dist. c.
in nouo ubi dicitur petrus primo potestatem
a domino accepit ceteri vero apostoli quorum loco
successerunt episcopi pari honore et consortio cum eo
potestatem acceperunt quamvis ipsi apostoli inter se hoc vo-
luerunt ut petrus omnibus preesset et cephas id est ca-
put et principium teneret apostolatus quam for-
mam suis successoribus et reliquis tenendam tradi-
derunt hanc etiam equalem potestatem declarat
decretum vii q. i. in c. scire ubi dicitur Scire debes
episcopum esse in ecclesia et ecclesiam esse in episcopo et qui
cum episcopo non est in ecclesia non est hoc idem vi-
detur loqui Cyprianus q. i. ubi dicitur Nos firmi-
tatem nullus fallat episcopatus unus est et ecclesia
una est etc. Idem isti doctores dicunt quod equa
est par potestas concilii et pape quod instituit concilii
potest papa aliter ordinare et disponere et econtra
universalis seu synodus generalis potest institutis et
decretis antiquorum patrum et sedis apostolice pro
diuersitate temporum et personarum aliter disponere
et aliter ordinare dispensatiue mutare et commutare
quia una potestas aliam debet iuuare et subleuare
maxime in duobus scilicet in heresum et errorum fidei
extirpatione et iniquarum et malarum consuetudinum
destructione et in scismatum pacificatione et infide-
lium reductione et ipsorum ad Christum conuersione et con-
dunt isti ecclesie par imparem non habet dominium
quod in nullo casu potest papa a conciliis accusa-
ri iudicari condempnari nisi in crimine heresis
quo tunc est inferior etiam quolibet fideli et est
extra communionem sancte matris ecclesie et est precisus ab ecclesia
ipso facto.

Tertia opinio multorum valentium doctorum et aliquorum
scriptorum patrum prima facie videntur asserere quod
simpliciter et absolute non solum in heresim et scisma-
tis ac infidelium seu infidelitatis extirpatione
verum etiam in quibuscumque et augendis fidem seu
statum universalis ecclesie tam in scismatum principum et
fidelium populorum pacificatione quam in morum
et malorum ablatione quam in bonorum et morum
ac virtutum reformatione quam etiam in statutis
et beneficiis ac dignitatum ac honorum temporalium et
spiritualium gubernatione iurisdictione auctoritate
spiritualitate ordinatione dispositione dispensatione
et correctione et executione potestas universalis ecclesie
est maior et superior quam potestas pape et per
consequens potestas generalis synodi que representat
universalem ecclesiam dicunt enim quod hec potestas ligandi
et soluendi et claues ecclesie pascendi dicta a Jhesu
Christo sancto petro super quam est fundata tota pa-
palis plenitudo potestatis fuit data a Christo
Jhesu sue sponse universali ecclesie primo et principali-
ter in ipso sancto petro secundario in persona beati petri qui post
mortem Christi Jhesu remanebat eius vicarius
ministris et minister ac dispensator fidelis mi-
steriorum sponsus dei quam per ipsum Christum erant
commissa et data sue sponse universali ecclesie ut in qui-
buscumque que etiam non possunt exequi seu per-
ficere gubernare aut regere petrus debet
cum auctoritate et beneplacito Jhesu sponsi universalis ecclesie
exequi regere et finire dicunt ergo isti quod
plenitudo potestatis papalis non fuit data
petro ut petro sed fuit data universali ecclesie que erat per
significationem tota in petro sicut enim petrus fi-
gurat per quam fundabatur ecclesia universalis erat Christus Jhesus
seu in Christo Jhesu per significationem et non
per realitatem aut veritatem sed solum per simili-
tudinem et significationem quam ista petra quam Christus
demonstrabat dicens non erat Christus dicens et
super hanc petram edificabo ecclesiam meam si sic
ipsum affirmasset esse petram falsum dixisset
asserendo se realiter esse petram materialem sed
se esse petram per similitudinem et significationem
sic etiam catholica que accepit a Jhesu Christo
potestatem ligandi et soluendi ac eius oues
et agnos pascendi in petro erat tota in petro
quantum ad potestatem sibi attributam a domino

[illegible] clauium [illegible] data fuit
ecclesie

Jhesu significatiue similitudinarie et figuraliter et typice [?]
erat petrus ipsa universalis ecclesia realiter que dicitur in sym-
bolo apostolorum sanctam ecclesiam catholicam sanctorum communionem quam
representat sacrum concilium generale congregatum in
spiritu sancto que ut expressius loquar dicitur
collectio et congregatio fidelium tam ecclesiasticorum
quam laycorum uniuersaliter sparsis in ipsum Jhesum cre-
dentium de cons. dist. v c. ecclesia realiter Et probant
ista superius dicta per euangelistas quia ut
Christus demonstraret non dedisse hanc potestatem
potestatis plenitudinem petro ut petro sed ligan-
di et soluendi sed solum universali ecclesie in petro [?]
sciret ne inter apostolos fieret de maiori potestatis
plenitudine contentio et inter eos disputaretur
quis eorum esset maior statim Christus in xviii ca-
subiungit et expressius ipsam universalem ecclesiam que resida-
bat seu representabatur in ipsis apostolis sic con-
gregatis dedit hanc soluendi et ligandi potes-
tatem dicens omnibus quecumque ligaueritis super
terram etc. Si ergo hanc potestatem ecclesie ex
maiorem quam pape primo naturali ratione 2o mul-
tiplici auctoritate 3o exemplificatione 4o potestatis
ecclesie executione primo ratione naturali ratio
naturalis dictat quod omne totum est maius
sua parte sed ergo nos omnes fideles secundum
apostolum unum corpus sumus in Christo singuli autem
alter alterius membra sequitur quod totum istud
corpus maius sit et dignius aliqua parte eius
Cum ergo papa sit membrum huius corporis
probatur quia secundum apostolum caput ecclesie est Christus
eius sponsus et caput Christi est deus secundum eundem
apostolum si ergo caput eius est deus inquantum est
homo multo magis caput pape est deus et
sic papa inquantum fidelis christianus et credens su-
mitur in deum ihesum est membrum ecclesie et hoc est
quod dicit apostolus nos sumus membra de mem-
bro scilicet Jhesu Christo ergo totum corpus ecclesie universalis
est maius et dignius in auctoritate et potestate cum
sit corpus totum sine ruga sine macula
formosissimum quamuis sit eius pars scilicet persona
pape qui plenus peccatis potest errare et
fieri infidelis Christo deformis ergo maius est quantum
in potestate Item probatur hec opinio euangelica
lege dicit enim Christus omnis qui facit peccatum
seruus est peccati sed papa potest facere peccatum ergo est seruus

peccati ecclesia autem catholica nullum peccatum potest
facere cum sit edificata super Christo Jhesu angula-
ri lapide ergo est domina peccati sed dominus maiorem potes-
tatem habet quam seruus ergo maior est potestas
ecclesie quam pape Item probatur papa potest peccare
ergo ipse subicitur lege euangelice quia ait apostolus si spiritu
ducimini non estis sub lege subicitur ergo [?] precepto
precepto correctionis fraterne iuxta preceptum Christi
qui ait Si peccauerit in te frater tuus cor-
ripe eum si te non audierit adhibe tecum duos
vel tres et si illos non audierit dic ecclesie si ecclesiam
non audierit sit tibi sicut ethnicus et publicanus
ergo ecclesia secundum Jhesu Christi euangelium ipsum potest
arguere iudicare et condempnare ergo est maior quam
papa in potestate Confirmatur opinio quia non est
possibile secundum fidem Jhesu Christi quod papa possit
quantacumque potestate a Christo sibi tradita arguere
corrigere iudicare aut condempnare sacrum concilium
quod representat universalem ecclesiam que regitur spiritu sancto
et que est sine peccato et sine macula [?]
[?] dei quia nullus punitur nisi propter culpam
quam habere non potest universalis ecclesia et sic ut dictum est
papa potest peccare et errare et iudicari et condem-
nari per concilium ergo maior est potestas
concilii quam sit pape Romani Item naturali ratione
probat Tullius 3o de officiis quod feritas et imma-
nitas belue seu bestie tyrannice a ciuitate hominum
est segreganda sicut quedam membra naturali ratione
amputantur a toto corpore si ipsa sanguine et
spiritu carere ceperint quia nocent reliquis partibus
corporis ergo papa tyrannus negligens et crimino-
sus ac a fide deuius ut ponitur in c. si papa dis.
xl per ciuitatem hominum vel a ciuitate est segregan-
dus a christianis fidelibus ergo ciuitas hominum sive ge-
neralium conciliorum maior est potestate et iuris-
dictione et executione quam sit potestas pape Item
universalis dei ecclesia fundatur in caritate Jhesu magis-
tra et secundum dictum in regula caritatis non querit
que sua sunt et sic intelligitur quia tota [?]
non propria commodis sed preponit bonum ergo commune
totum dignius est quam bonum particulare persone
sed universalis ecclesie est bonum commune quod nunquam potest deficere
quod Christus dixit ecce ego vobiscum sum usque ad consumma-
tionem seculi et papa est bonum particulare quod

fideles fidelibus potest deficere ergo bonum esse ecclesie
comparandum potestati et iurisdictioni pape
Item virtus unita fortior est se ipsa dispersa
sed sacrum concilium seu universalis ecclesia est virtus de omnibus
ydoneis aut de magna parte ipsorum unita ergo
est fortior et potencior ad resistendum in tempestatibus
statibus variis ecclesie et tribulacionibus quam
sit virtus divisa potestatis pape ergo est maior
et superior papali potestate Item probatur
hec opinio multiplici sanctorum auctoritate et primo per
beatum Aug. qui in decretis xxiiij q. i. c. quodcumque
clare et sine aliqua glosa aut exposicione dicit
quod petrus qui erat maior inter apostolos representabat
etiam universalem ecclesiam in persona petri dedit
dominus ihesus potestatem ligandi et solvendi unde
dicit sic quodcumque ligaveris et solveris super terram
erit ligatum et solutum in celis Si hoc tantum petro
dictum est non utique hoc facit ecclesia sed ecclesia hoc
facit sicut si non esset in mundo papa ecclesia ligaret
et solveret et sacra fidelibus conferret absolveret
a peccatis et ligaret censuris ecclesiasticis
ergo que ecclesia ligat et solvit in terris sunt ligata
et soluta in celis quia aliud sequeretur quod multi
fideles perirent et morerentur sine absolucione
propter defectum pape quod est falsum concluditur
igitur beatus Aug. sic ergo petrus quando claves
accepit ecclesiam sanctam significavit sed quando claves
accepit nomine ipsius ecclesie ut pro ipsa ecclesia tamquam
eius procurator auctor et factor eas inservire
recepit et ideo ipse petrus procurator ecclesiam sanctam
significavit et representavit sicut nunc sancta synodus
Basiliensis indicat et significat totam universalem ecclesiam
licet ibidem non sit tota nec centesima eius pars
ita tunc petrus significabat totam universalem ecclesiam
et representabat inspiceret sicut ecclesie unum solum
dictum est a christo in persona petri ego pro te
rogavi petre ut non deficiat fides tua quod
si tantum fuisset dictum petro utique falsa esset ista propositio
quia certum est quod petri fides defecit ecclesie ecclesie
dictum est in persona petri pasce oves meas
quod si tantum petro dictum fuisset tunc dicendum est quod fuissent
oves christi sine pastu et etiam quando non esset papa in
mundo per duos aut tres annos sicut fuit tempore

constantiensis concilii de anno domini m cccc xv et
xvi oves christi ihesu essent sine pastore et
pastu quod falsum quia non sunt sine ecclesia inquantum
pastus et refectio salutifera et illud verbum
ewangelii sic intelligitur fuisse in persona
ecclesie universalis dictum sed dicit in altum et in profundum
domini verborum ait Aug. quia ecclesia sine papa
potest absolvere etiam a profundissimis
licet etiam si nullus in mundo esset papa. Hec
opinio etiam probatur lucidissime et subtiliter per
beatum Aug. super Johannem omelia ultima sic
per isto quod Jo. xxi pasce oves meas dicens
et asserentem hanc potestatem ligandi et solvendi
fuisse datam ecclesie universali in persona petri
et dicit sic Cum petro dictum est tibi dabo claves
regni celorum et quodcumque ligaveris super terram
et solveris erit ligatum et solutum in celis universalem significabat
etiam que in hoc seculo diversis temptacionibus
et tribulacionibus velut tempestatibus quatitur et non cadit quia firmata est
super firmam petram unde petrus nomen
accepit non enim a petro petra sed petrus
a petra sicut non christus a christiano sed christianus
a christo vocatur Ideo ait dominus tu es petrus et
super hanc petram edificabo ecclesiam meam quia dixerat petrus tu
es christus filius dei vivi ideo inquit christus ergo
super hanc petram quam confessus es et tu non sic
per te edificabo ecclesiam meam petra enim erat
christus et non petrus [illegible] fundatus in christo
et ideo claves ab eo regni celorum accepit ipse petro
sed potestatem ligandi et solvendi peccata et
sequitur quod est enim per proprietatem in christo hoc
est ecclesia per significationem petrus in petra
quia qua significatione intelligitur christus
petra eadem dicitur petrus ecclesia sic est ergo ecclesia
quod significabat petrus cum sibi dicitur sequere me quia
me vinculum domini est sequere me per quam
universitate passus est christus sicut ecclesie universali
in petro dicitur ego pro te rogavi petre ut
non deficiat fides tua et ecclesie in apostolis dicitur
Ecce ego vobiscum sum usque ad consummationem seculi
universalis hec ille hanc etiam opinionem cirilonem

sentencia de verbis Jeronimi in decretis xxiiij q. i. c. odorem
vinis huius consideratis et ubi loquitur de universali ecclesia
dicit de verbis huius consideratis hec ecclesia est
domus dei fons ortorum puteus aquarum viventium
Item hec est domus de qua in psalmo scribitur domine
dilexi decorem domus tue Item hec domus dei que
dicitur ecclesia est que claves potestatis ligandi et
solvendi a domino ihesu christo accepit et sequitur
per Jeronimum in tempore istius ecclesie potestas et iurisdictio
quia ipse dicit sic hanc domum si quis
corrigentem corripientemque contempserit sit tibi
sicut ethnicus et publicanus ergo videtur
quod ecclesia potest corrigere et corripere ac iurisdictionem
exercere et quod habet claves a christo ligandi
et solvendi hanc etiam opinionem [illegible] catholicam
sanctam et iustam corroborat gregorius
asserens parte sua quod maior sit potestas
conciliorum quia sit potestas romanorum pontificum
unde sicut sunt tenenda sancta ewangelia super
quibus non potest papa dispensare sic et
concilia veneranda et amplectenda in ecclesie
reformacione quia ipse papa non potest
dissolvere nec contra ea dispensare sine manifesta
et evidenti utilitate et necessitate universalis
ecclesie aut alicuius regni aut provincie unde ipse
dicit sic xv di. c. sicut sancti decretorum sicut sancti ewangelii
quatuor libros sicut quatuor concilia
quibus simplici succedunt alia concilia per
nostras respicimus respicio et veneratione apostolica
quia dum universali sunt consensu instituta sed et
non illa destruit quisquis presumpserit ab
solvere aut ligare quos absolvunt aut ligant
hec ibi ex quo canone concluditur dicte quod
nec ipse papa potest in statutis concilii dispensare
aut ea infringere seu annullare
sequitur ergo quod maior est potestas universalis ecclesie
quam sit potestas ipsius pape hec
opinio etiam probatur exemplificatione multorum
romanorum pontificum qui temporibus
diversorum scismatum fuerunt per concilia generalia
depositi correcti et castigati probatur
de leone papa qui submisit se generali

generali sinodo quia suo superiori et eius iudicio
et declaracioni unde dicit sic ij q. vij. Nos si in competenter
aliquid egimus et in subditos iuste legis
tramitem non servamus vestro ac missorum vestrorum
cuncta volo volumus emendare iudicio. Hanc
etiam potestatem de facto exercuit eo tempore
quo inceperunt concilia generalia sub papa silvestro
celebrari qui fuit anno domini ihesu cccxx
vel quasi ipsa sancta et immaculata ecclesia universalis tollendo
hereses delendo scismata informando ecclesiam
deponendo papas seu antipapas reducendo
per concilia totam christianitatem ad obedienciam
romane ecclesie et pacem ac unitatem
et multa bona in conciliis generalibus
faciendo que longum esset enarrare sed bene cronicas
intuenti potest patere. Et dico ista de
ista opinione quia ex quo per mille annos et
ultra potestas generalis concilii et universalis gentes
se pro papis deposuit et universalem ecclesiam sub uno
capite univit hereses sustulit pacem in populo christiano procuravit et innumerabilia bona
in dei ecclesia fecit ut patet legenti sanctorum patrum
decreta et in historia tripartita quodammodo est prescriptum
sit contra potestatem pape quod iuste et merito dicitur
potestas concilii esse maior quam potestas pape
et ipsi de ista tercia opinione probat interiorem generali execucione dum enim quod presidentibus dominis cardinalibus sancte romane ecclesie et multis archiepiscopis
patriarchis episcopis et prelatis ac diversorum principum
ambasiatoribus et illustrissimo principe domino
Sigismundo romanorum rege de consensu omnium
vincito et mandato sacrosancti concilii constanciensis
promulgaverunt ac promulgari fecit et
diffinivit hoc per eum statutum die vi mensis
Aprilis in quinta sessione eiusdem concilii anno domini m cccc xv me qui hec scribo eadem
die coram concilio sermonizante et domino Re[...]
Cardinali de ursinis celebrante in pontificalibus hoc modo fuit hoc decretum publicatum hec
sancta synodus Constanciensis in spiritu sancto legitime
congregata generale concilium faciens et ecclesiam
catholicam militantem representans potestatem parare

premissis scismatis et unione ac reformacione ecclesie dei in capite et in membris fienda ordinat diffinit statuit et declarat quod ipsa potestatem habet a Christo inmediate cui quilibet cuiuscumque status dignitatis eciam si papalis existat obedire tenetur in hiis que pertinent ad fidem et extirpacionem scismatis et generalem ad reformacionem ecclesie dei in capite et in membris. Item declarat quod quicumque cuiuscumque status vel dignitatis eciam si papalis existat qui mandatis statutis seu ordinacionibus aut preceptis huius sancte synodi et cuiuscumque alterius concilii generalis legitime congregati super premissis seu ad ea pertinentibus factis vel fiendis obedire contumaciter contempserit nisi resipuerit condigne penitencie subiciatur. Ex quibus sacri generalis concilii statutis liquide patet quod potestas universalis ecclesie que representat sacrum concilium est a Christo inmediate et non a papa vel ab aliquo homine. Vnde glossa decreti super illo *Apostoli consilia sacerdotum* xvi. dis. in c. hinc eciam ubi dicitur inter ceteres quia eius sedi primum petri apostoli meritum deinde secreta iussione domini conciliorum venerandorum auctoritas singularem ecclesie tradidit potestatem et cetera dicit ibidem glossa habet ergo Romana ecclesia auctoritatem a domino et a conciliis sicut imperator a populo quia orbis maior est urbe xciii. dis. legimus. Et si dicitur quod Romana ecclesia habet privilegium a domino xxii. dis. omnes dicitur quod principaliter habuit a domino in hiis que sunt de iure divino ut potest predicare baptisare sacramenta dare secundario a conciliis in hiis que sunt de iure positivo ut bursera conferre concilia convocare et cetera. Et ideo in hiis que habuit a conciliis presertim cum sint positiva et ad decorem domus dei. Potest Romana ecclesia iudicari a conciliis universaliter et canonice congregatis ac generaliter et dicunt isti de ista opinione quod ipse papa qui solus romana ecclesia vocatur ab aliqua singulari persona non potest iudicari nec ab aliquo particulari concilio nec ab aliquo particulari clerico quia superior est ei de quibus iudicatur singulariter et distincte non autem universaliter et generaliter in generali concilio quia non legitur cuiquam de eo iudicare iudicio

xx. q. iii. nemo pro modum. Et sicut isti dicunt intelliguntur omnia que loquuntur de potestate pape quod eo subtiliter declarat et exponunt locuta sunt diversimode ceteros iudicat et a nemine sed a nulla singulari persona iudicatur et nullus est qui dicat sibi cur hoc facis xl. dis. si papa et similia. Iuxta ista quod nemo iudicabit primam sedem singularis persona particularis persona aut nacio seu provincia sed bene iudicabitur per generalia concilia. Et dicunt quod eciam nemo iudicat primam sedem tempore iusticiam desiderantem ut primum in decreto ubi enim papa sitiret et faceret iusticiam et vincit seu aut in omni bonitate iusticie et veritate certe in tali casu eciam concilium non iudicaret papam nec aliqua singularis persona nec aliqua contractus persone nec iudicabitur ab aliquo ...sto per se nec a toto clero per se nec a populo per se nec a regibus per se neque iudicabitur quia aliorum causas homines deus voluit terminare per homines singulares sed reges prelatos principes civitates et cetera. Sed sedis istius presulem suo sine questione reservavit arbitrio. Et dicunt isti quod hec auctoritas intelligitur ubi iusticiam et bonam vitam ac salvacionem tocius ecclesie procuraret faceretque tempore desideret verbo et opere non inmolatum habet iusticiam absque pertinacia et honore separatum cupiditate non celestem debitum in ordinem verba sunt in decreto xv q. iii. c. aliorum quod certe esset sicut notandum et predicandum pro maximo quia certe in hiis tribus casibus ubi papa iusticiam papatus faceret regeret et gubernaret per bonam vitam et exemplum et sanctam bonam et multa bona ecclesiastica inste dispensaret ubi papa sanctam et integram haberet conscientiam et non flecteretur muneribus nec pecuniis nec amicis nec consanguineis nec minis regum et principum aut rogacionibus sed semper haberet deum et ecclesiam sibi commissam ad ipsum defendendum et reformandum ... ubi papa continue desineret diversis officiis ... predicaret doceret et sacra ac dignitates corporales et spirituales preberet fidelibus ... certe tenent isti de ista opinione non obstantibus que dicta sunt quod sacrum concilium non potest iudicare papam et minus aliqua civitas vel regnum vel provincia potest papam iudicare ut ponitur in c. de elec.

in c. significasti ... dicit ibidem glossa quod si totus mundus sentiret vel sentenciaret in aliquo negocio contra papam ... circa ... reformacione et conservacione videtur quod standum esset sentencie pape ut patet xxiiii. q. i. c. hec est fides et in dictis casibus orbis non est maior urbe xciii dis. legimus. Sed si papa sue et fratrum salutis negligens deprehenditur inutilis et remissus in suis operibus et scandalizat universaliter ecclesiam per sua peccata symonias et vicia notoria et publice vel per confessionem aut per facti evidenciam ut puta per crimen tyrannidis et symonie aut reformacionis publice que dicto crimina contrarius pena condempnacione in universali ecclesia sepius amonetur et est contumax deterior et incorrigibilis in quo iudicabitur per sacrum concilium aut condempnabitur seu punietur dicunt isti de tercia opinione et sic et allegant glossam decreti dis. xl. si papa que dicit credo quod si notorium est crimen eius videlicet symonia adulterium furtum violencia rapina et consimilia peccata et inde scandalizatur ecclesia et sic incorrigibilis quod inde possit accusari nam contraria dicitur dis. lxxxi si qui presbiteri et xxxvii dis. infidelis xxxviii. dis. nullus est verum. Et sicut si papa invenitur devius a fide iudicatur quia qui non credit iam iudicatus est ita eciam si inveniatur peccator publicus incorrigibilis et pertinax scandalizans universaliter ecclesiam iudicatur eciam si invenitur in vitiis et remissus pertinaciter et notorie et sicut papa non potest statuere quod non accusetur de heresi quia sic periclitaretur tota universalis ecclesia sic non potest ordinare quod non accusetur de proprio publico et manifesto eciam universaliter scandalizante et ... populi dilapidante quia hoc non concluditur ... et si illa et ... q. i. sed quidam et sic potest accusari argui et condempnari pro quolibet peccato notorio et manifesto eciam scandalizante si fuerit incorrigibilis teste apostolo qui dicit peccatorem coram omnibus argue ut ceteri metum habeant quia sic paulus reprehendebat petrum iudaizantem quia non est

facile stare in loco petri et pauli et tenere cathedram iam regnancium cum Christo non enim sunt filii sanctorum qui tenent loca sanctorum sed qui exercent opera eorum xl. dis. non est. Non enim facit episcopum dignitas sed bona vita ii q. vii. non omnis et c. non nos xl dis. dicit quod beatus petrus pro heredem meritorum dotem cum hereditate innocentem transmisit ad posteros et quod illi concessum est a Christo ihesu prerogativam seu partim liberam ad illos solum pertinet quos par conversacionis splendor illustrat et quos eiusdem scandalizet quem apex tante dignitatis attollit ergo quis est ille qui iudicabit supra papa et quem cum sancto petro illustrat par splendor conversacionis certe nullus quia dicit apostolus de nobis poterit nocere si boni emulatores fuerimus ergo dicunt isti de tercia opinione quod ubi papa est peccator publicus tyrannus et cupidus cum sancta romana curia quod tunc est reformanda iudicanda et restringenda sub racione ipsius romane ecclesie potestas nec michi sibi vendicet in ipsa cupiditas xl. dis. c. quod iii illa et dignum est superiores pati ab inferioribus ea que inferiores ab eis pati desiderant iii. q. v. accusatores concludunt ergo isti quod potestas universalis ecclesie seu synodi generalis convocate canonice est maior quam potestas pape in auctoritate iurisdiccione et execucione in auctoritate quia potestas concilii est a deo ihesu Christo inmediate derivata et potestas pape est a Christo et a conciliis ut dictum est in iurisdiccione quia orbis maior est urbe dis. xciii. legimus. In execucione quod sacrum generale concilium potest per quos voluerit omnia officia pape exequi et exercere alias frustra esset sua auctoritas et iurisdiccio et si dicatur solus papa convocat generalia concilia ut patet per totum dis. xvii ergo maior est quam concilium et solus ipse potest et debet papatus exercere officia. Ad hoc respondent isti. Isti dicunt quod licet ipse solus debeat convocare concilia non propter hoc est maior sua potestas quam conciliorum ut glo. decreti in c. Anastasius dis. xix. dicit quod ubi de fide agitur tenetur papa convocare concilium episcoporum et tunc sancta synodus maior est papa quod patet in quatuor conciliis que fecerunt apostoli que petrus convocabat et tamen non erat ipse maior quam concilia sicut si

rex convocat regnum scilicet maiores et principales regni
sui et tamen non habet ipse maiorem potestatem quam
totum regnum etiam civitas aliquando precone clamat et
convocat cives de ista civitate ad concilium et non
tamen propter hoc est ipse maior concilio vel in ipso con
cilio et licet papa convocet concilia quod non propter hoc
habet maiorem potestatem quam concilia. Verifi
catur primo per primum concilium apostolorum ut scribitur actuum
primo capitulo de electione Mathie quia solus Petrus
presidens inter eos convocavit concilium credentium et
dirigens verba sua ad fratres suos coapostolos dicit
viri fratres etc. et tunc apostoli statuerunt duos et
cecidit sors super Mathiam et connumeratus est cum un
decim apostolis etc. per decretum huius sancti
concilii ostenditur quod Petrus convocavit concilium
et tamen ipse non diffinivit sed apostoli simul cum eo et hoc
concilium fuit tentum Jerosolimis post ascensionem
Christi in celum et ante missionem spiritus sancti. Secundum concilium
fuit in Jherusalem post missionem spiritus sancti convocatum
per Petrum et tentum per eum et apostolos in quo sta
tuerunt tria decreta primum de baptismo secundum de
penitentia tertium de vita communi inter eos tenenda ut
scribitur actuum ii quia cum apostoli loquerentur linguis
variis predicabant Christum crucifixum surrexisse a
mortuis et baptismum ac penitentiam in tantum quod conversi sunt
quasi tria milia ad predicationem Petri et multi conversi
ex gentibus vendebant possessiones et
ponebant pretia ad apostolorum pedes et tunc apostoli
statuerunt in isto concilio vivere communiter inter eos
etc. quod dato quod Petrus predicasset et concilium convocas
set tamen apostoli et alii fideles statuerunt illa tria
decreta et non solus Petrus per quod videtur quod maior
fuit potestas concilii quam ipsius Petri. Tertium con
cilium fuit etiam in Jerusalem actuum vi quia cum esset
contentio et murmur inter hebreos et grecos super
officio ministrandi mensis Petrus convocavit mul
titudinem discipulorum et tunc apostoli cum discipulis
elegerunt septem quorum unus fuit sanctus Stepha
nus ad ministrandum mensis et fecerunt duo decre
ta unum quod apostoli qui erant episcopi insisterent predica
tioni verbi dei et nullo modo istis negotiis secula
ribus. Secundum fuit quod inferiores apostolis et episcopis insti
tuerentur qui negotiis secularibus et actibus
similibus insisterent et vacarent. Ecce ubi quod licet
Petrus convocasset non tamen ipse solus aliquid in concilio

diffinivit nec maiorem quam concilium ibidem po
testatem habuit. Quartum concilium fuit etiam ten
tum Jerosolimis super observatione legalium de quo
scribitur actuum vi actuum xv quia licet Petrus convocasset
tractatum in magna multitudine et audito Petro per
modum opinionis in ipso concilio tamen Jacobus mi
nor qui erat ibidem ordinarius per modum decisionis
de mandato credentium fidelium dixit ego iudico
etc. et super hoc decreto legalium fuerunt littere
misse a toto concilio et non a Petro tamen dimissis
fratribus sub hac forma apostoli et seniores fratres
hiis qui sunt Antiochie etc. Ecce hic concluditur quod licet Petrus
concilium convocaverit non tamen in concilio prefuit
nec maiorem potestatem quam concilium habuit
quia de mandato concilii Jacobus decidit et
non papa Petrus ergo maiorem potestate quam
concilium videtur quod habuit etiam dicunt isti de ista
tertia quod tempore Constantini imperatoris
regnantis anno domini cccxx [illegible] sub papa
Silvestro ipse voluit concilium celebrari post
quam baptismum suscepit in qua synodo fuerunt cc
[illegible] episcopi prout recitatur in libro conciliorum
qui cum papa fidem reformaverunt et correxerunt
[illegible] et multa bona alia pro ec
clesia ordinaverunt. Aliud concilium fuit tentum in Nicena in quo
fuerunt mcc [illegible] episcopi et fuit [illegible] per eos
et non solum per papam heresis Arrii ut notatur in c.
canones xv dist. et alia vii concilia fuerunt
tenta satis proxime etc. fuerunt octo de quibus
loquitur textus xv dist. in c. sancta et dicit octo quorum
[illegible] tenta. Alii dicunt quatuor quia in loc
[illegible] quatuor tenta ut ibi ponit glossa et post ista oc
to fuerunt tenta alia octo concilia de quibus
loquitur decretum xvi dist. c. sexta in quibus con
venerunt et alii quamplures clerici et presbiteri
et dyaconi et clerici Romani necnon sub multis ti
tulis quos hodie tenent cardinales [illegible]
non Romani pontifices soli diffiniebant sed
episcopi presbiteri dyaconi et prelati alii statuerunt
et decidebant docebant et tradebant fidelibus [illegible]
cantes laudes dei et virtutes sancte ecclesie corrobo
rantes et [illegible] in sanctis conciliis sicut ubi fuerunt
apostoli etiam patres et sancti doctores [illegible]
actio nostra est instructio quia [illegible]
non poterat in ipsis [illegible]

aliud loqui vel dicere nisi quod spiritus sanctus dabat elo
qui illis quia spiritu sancto inspirati locuti sunt sancti dei
homines et ubi duo vel tres sunt in Christo Jhesu nomine
congregati ibi est Christus Jhesus in medio
eorum et sic isti pro corroboratione et fundamento
omnium conciliorum generalium dicunt quod quia patres et conci
lia fuerunt apostoli qui acceperunt ad potestatem cla
vium ut ponitur Matthei xvi et xviii et corroboratur dis.
xxi in c. in novo testamento ideo potestas
omnium apostolorum quorum loco succedunt episcopi et omnes se
culares prelati [illegible] et in eo maior est quam
potestas ipsius pape qui est unus homo quia vir
tus unita fortior est se ipsa divisa ut dicitur est
Jo. in revelatione divina sibi facta muri
civitatis ecclesie militantis non in uno dicit apostolo
consistere sed in omnibus dicens ad literam et murus
civitatis huius fundamenta xii et in ipsis
nomina xii apostolorum et agni ergo etiam fun
data sunt principaliter in ipso vero capite ecclesie
quod caput est ipse agnus Jhesus Christus qui tol
lit peccata mundi sunt etiam ipsa ecclesia fundata
in membris corporis ecclesie videlicet xii apostolis et in
sorum successoribus ac fidelibus clericis in con
cilio generali congregatis quibus Christus dixit
ecce ego vobiscum sum usque ad consummationem seculi
Matthei ultimo quod utique est intelligendum de successo
ribus apostolorum et ratione fidelium clericorum et non
persone de illis xii apostolis qui iam per mille
annos defuncti sunt et vitam in ecclesia triumphante
beatifice perfruuntur. Affirmant ergo isti de
ista opinione illud quod dictum est quod quia Petrus
claves accepit hoc potestatem tota ecclesia suppositaliter
accepit in ipso Petro sive per ipsum Petrum et ipse
Petrus claves accepit in typo universe et mys
terialiter ab ipsa ecclesia vel claves eius quas ecclesia
non poterat per omnes exercere volunt quod ex
cuncta est per Petrum et eius successores particulariter
[illegible] Jeronimus et Augustinus ut isti dicunt et
superius scriptum est [illegible] et
Alexander papa [illegible] non Petri successor
sed [illegible] Petrum claves nec enim pro se
et pro omnibus aliis suscepisse ut ponitur [illegible]
q. i. c. [illegible] ergo dicunt isti quod non est
minor potestas in ecclesia quam in conciliorum

in omnibus nullo casu excepto auctoritative et co
ercitive sicut per se uti voluerit et per concilium
nullum habet nisi deum superiorem quia eius
potestas est a deo immediate et per consequens
potestas papalis ut concilii executor et minister
Christi que determinatur a conciliis ut dictum est
et post papalem potestatem est potestas episcopalis que
determinatur a conciliis et a pontificibus Roma
nis quod denotavit apostolus cum dicit alios
dedit deus in ecclesia apostolos alios pastores ali
os doctores etc. in consummatione ministerii et in edifi
catione corporis Christi. Ex superius dictis con
cludunt ergo isti quod sacra concilia generalia que
representant universalem ecclesiam habent potestatem corri
gendi reformandi errores et vicia pape et om
nium prelatorum et clericorum coercendi interdicendi sus
pendendi puniendi et privandi non enim punitur
papa Christi vicarius tunc quia ipsa sua scandala
aut clericos ad hec fastigia erigit aut qui ex
gignitur illustrat dist. xl. non nos sed punitur
et reformatur malus papa scandalizans ecclesiam
etiam suis malis exemplis et operationibus quia
ita clamant iura per totum xxxiiii q. v. Sic enim
ait Augustinus ibidem diliguntur homines ut non dili
gantur eorum errores non indicatur ergo papa
nec reformatur sua curia per generalia concilia
inquiratur papa aut papalis curia si iuste
vivat si recte indicat si symoniam abhorreat
si dona et munera fugiat si beneficia ecclesias
tica suis statutis patrum antiquorum iuste distribu
at si opera sua in pauperes exerceat si suis
stipendiis et redditibus contentus existat sed indi
catur et reformatur pape malicia impuditas
et symonia etiam et magistrorum dispensatio in
iustissima per minimum acceptio et quia cum eius Roma
na curia scandalizat ecclesiam etiam per mala o
pera et exempla et ideo dicunt isti de ista tertia opi
nione attento ut dictum et probatum est quod potestas
universalis generalis concilii est maior quam potes
tas pontificis Romani et vicarii Jhesu Christi
in dignitate in iurisdictione et in executione et per ipsum
papa cum sua Romana curia possit citari ac
accusari et condempnari a concilio generali quia eo
in statutis et decretis sacri concilii contra quod
papa non potest ea interpretari aut mutare tollere
vel annullare nec in eis dispensare aut ipsa

revocare seu in aliquo glosare exponere vel detra-
re nisi hoc sibi esset concessum per generale co-
ncilium vel nisi esset inevitabilis necessitas fidei vel
evidens communis utilitas alicuius provincie vel regni
Addunt etiam exemplo in terris et in militanti ecclesia
non est maior potestas quam illa quam habet universalis
ecclesia quod semper in principio conciliorum in prima sessi-
one debent publicari hec duo decreta concilii
generalis Basiliensis Basilee que nunc celebratum
est m° cccc° xxxiiij° Anno Ihesu Christi superius dicta
et hoc quod in eis additur hec clausula scilicet potestas
concilii est maior quam potestas pape in antedictis
in iurisdictione et in executione et quod papa quicunque
non potest in statutis et decretis conciliorum dispe-
nsare nec glosare nec disponere nisi ut dictum est
Et quia frustra sunt leges nisi sint qui tueantur
eas ideo si papa sciens vel ignoranter in aliquo de-
creto concilii dispensaverit aut contravenerit
ipso facto eius dispensatio nulla sit et eam im-
petrans sit ipso facto excommunicatus et inhabilis ad
quecumque beneficia obtenta et obtinenda et privatus
iure si quod habet suis beneficiis Et hec sufficiunt dicta
de ista prima interrogatione michi pauperi doctori
facta de potestate pape et ecclesie et protestor quod
aliquam ex illis opinionibus non assero nec
teneo nisi illam quam tenuerit universalis ecclesia et dominus
noster papa Eugenius quartus

Secunda pars huius tractatus inquirit quid
sit concilium unde sepius per multos interroga-
bar quid sit concilium et ego simplex pauper dixi
quod in vulgari quod concilium est conventus multorum fi-
delium in unum propositum et propter unam communem intencionem
congregatorum patet ista diffinicio auctoritate et
exemplo Auctoritate quidem patet illius viri sanctissimi
Ysidori hyspani qui ut allegatur in decretis distinctione
xv c. ethymologiarum c. xvij Synodus autem ex greco in-
terpretatur comitatus vel cetus concilii vero no-
men tractum est ex more Romano tempore enim quo
causa agebatur conveniebant omnes in unum communique in-
tencione tractabant unde concilium a communi intencione
tractatum dictum est quasi consilium nam consilium dicitur imi-
tata in lege vel concilium dictum est ex communi inten-
cione eo quod in unum dirigant oculos mentis intui-
tum et sequitur per sanctum Ysidorum hyspanum sicut
enim oculi conveniunt in unum per similia et spiritualia

tur a quacumque corrupcione sic enim sancta ge-
neralia concilia conservant dei ecclesiam et plantatam
siasticorum Item secundo fuit convocatum illud generale apostolorum
ut tunc crimine symonie propter quod iudas christum
vendidit comprimeretur et alius sanctus et bonus apostolus
loco ipsius pessimi iude surrogaretur Et si propter huius
modi causam illud sacrum concilium fuit celebra-
tum certe nunc propter consimilem causam magis ardua
debet nunc celebrari et est nunc maior necessitas ce-
lebrandi concilia propter istud primum quia fuit tunc
probatur quia tunc iudas christum vendidit pro
xxx denariis et non pluribus Et christus ihesus nunc
venderetur propter episcopatus propter ecclesias propter
beneficia non in modicis pro xxx denariis sed
venditur aliquando pro tribus milibus ducatis aliquando pro
x milibus aliquando pro mille similiter vendit pro
denariis argenteis Item iudas enim vendidit
semel dumtaxat sed christus venditur nunc sepius
ac sepius et iam per plures annos Item iudas
vendidit christum de die sed nunc venditur de die
et nocte omni et tempore et hora ac notabiles personas
occupavit et tangat virum symonie quia propter
cum cupiditas sit radix omnium malorum secundum apostolum
que est causa symonie in dei ecclesia propter quam
symoniaci cessantur et tunc iura et decreta
antiqua ac promovetur homicide raptores predatores
usurarii et homines pessimi et totius sanctitatis contra-
rius pervertere propter pravitatem huius viri in cui
operacione omnia aliaverba pro nichilo reputantur
a. q. i. Ideo tempore presenti maxima est necessitas convoca-
di et continuandi ac frequentandi sacra concilia
quousque tollatur sicut heresis ab ecclesia hec pessima
symonia Et renovantur heretici et penas contra he-
reticos in iure positas incurrant ipso facto quicumque
eciam si papalis aut imperialis dignitatis existant
committerent symoniam tam in sacris quam in beneficiis
aut in aliquibus spiritualibus per se vel alios ad tol-
lendum ergo hoc pessimum vicium necesse est continuare
et frequentare sacrum concilium et hoc de primo con-
cilio dictum sit.

Secundum concilium apostolorum fuit Ierosolimis tercium post missionem spiritus sancti per petrum et alios xii apostolos ut expresse habetur act. xv ca. Et cause istius concilii fuerunt tres. Una fuit de baptismo recipiendo, alia fuit de penitencia suscipienda pro commissis, 3a causa fuit de vita communi inter apostolos et xpi discipulos tenenda. Unde ibidem habetur quod miraculis cunctis quod apostoli linguis omnium nacionum loquerentur facti ad loquendum et predicandum fidem xpi in pandi et confirmati robore spiritus sancti evangelizaverunt illis ihesum et eum a iudeis crucifixum et tercia die resurrexisse a mortuis et predicaverunt eis penitenciam et baptismum accipere in remissionem omnium peccatorum et tunc propter apostolorum predicacionem conversi sunt et baptizati illa die circiter tria milia. Quo facto in illo concilio statuerunt apostoli omnia inter ipsos et credentes esse communia et vendebant possessiones et portabant pecunias ad pedes apostolorum que dividebantur et distribuebantur prout cuilibet opus erat. Hec ibi. Ecce quod propter illas tres causas fuit hoc generale concilium per apostolos et credentes celebratum. Sed nunc propter illas tres causas et plures ab eis dependentes maior est necessitas celebrandi generalia concilia nunc quam fuit tunc quod probatur quia tunc recipientes baptismum noviter conversi fuerunt, tamen nec coluerunt ihesum xpistum ut deum verum nec Romane ecclesie obedierunt. Generalia concilia debent congregari fieri et disponi ut xpi fides que tam longe lateque propagavit per totum orbem ut dictum est et fuit in multis orbis partibus perdita propter cleri et populi et xpianorum peccata debet recuperari et ad baptismum et obedienciam sancte ecclesie catholice ipsi infideles ut sunt sarraceni turci et pagani qui olim fuerunt in xpi fide baptizati et boni xpiani in terra iherusalem et in damasco in anthiochia et in capadocia in tota affrica egypto babilonia et in barbaria et in aliis diversis mundi partibus debeant reduci reconciliari vel eciam si oportuerit compelli quibus sancta mater ecclesia debeat ad suam possessionem quam olim habuit in predictis partibus infidelium restitui et reintegrari. Nonne eciam in causa potissima et necessaria congregandi concilia hiis temporibus ut reducantur ad fidem catholicam tot nobiles tot magnates tot xpiani olim fideles qui nunc sunt excecati in tot heresibus et erroribus ac scismatibus ut sunt Bohemi Waldenses ut sunt Sirici de ... ut sunt Wiclefiste opinione ac eis adherentes ut sunt pessimi heretici in diversis partibus mundi contra ecclesiam Romanam et contra omnes clericos seculares et diversarum opiniones sectatores et ut sunt Manichei de regno Bosne et non multi ... begardi et ut sunt scismatici ipsi Greci ... inobedientes Romane ecclesie et errores per ... fideles suscipientes contra ecclesiam et in fide ... ergo ut dictum est ad liberandum terram sanctam et alias terras mundi in quibus colebatur verus fides ihesu xpi et ad extendendum ac ... diversas hereses que nunc sunt in populo xpiano et in mundo et errores ... ac firmata et ad reducendum infideles et paganos ad sanctum baptismum qui fit in dei ecclesia nunc sunt plura generalia concilia necessaria quam tunc fuerint quia melius fuisset eis quia viam dei non agnovissent quam agnitam retrorsum converti ut testatur salvator in ewangelio contra ... causam sed pro peccatis suscipienda ... generalia quod vel sicut fuerunt tunc probatur quia multi ex eis illo tempore tunc ... propter ignoranciam ... salvatoris eis ... ihesu xpo ... et locutus eis non fuissent peccatum non haberent ... post pentecosten ... ex eis qui ad baptismum convolabant ... generalia ... apostoli ... reformacionem ... aliud est quia penitencia de peccatis ... in remissionem peccatorum ... bo et facto quia ... dicens penitenciam agite appropinquabit enim regnum celorum. Si ergo illis predicabatur penitencia qui aliqualiter ... de incredulitatis culpa et sic in generali concilio multo magis debet nunc predicari penitencia et reformacio ecclesiastica pro sacris concilia illis fidelibus xpianis illis episcopis illis prelatis illis viris ecclesiasticis qui nulla consideracionem habent de precio suo qui sunt in causa in prelacione dilatari honorari et ditari de pecuniis ac bonis crucifixi et sic dereliquerunt deum factorem suum et recesserunt a ihesu salvatore suo scienter ex proposito et per terrena malicia per pompas per luxurias per avaricias per superbias per gulas per negligencias et per infinitas et diversas mortales culpas qui nunc non querunt que ihesu xpi sed que sua sunt per fraudes per violencias per simonias et importunitates et quomodolibet malis et pravis sunt corrupti et involuti ut dictum est superius de Romana curia et non solum est temporibus viris ecclesiasticis debet predicari reformacio penitencie in membris et in capite et arguere ac obsecrare et increpare ipso vel verba in dei ecclesia ... peccata manifesta et publica ac scandalosa et contemptum ... fides xpiana et scandalizatur ... ecclesia et ... devocio sua quam primo ... penitenciam peragendam ad ipsam ... reformacionem ... ad statum ecclesie et bona eius temporalia et spiritualia iuste et debite ministranda et dispensanda ... correctio apostolica ut ... compellere debet princeps temporalis ipsa que non sine causa gladium portat ut ponitur ... princeps et per totam ... ergo est necessitas nunc generalia concilia celebrandi quam fuit tunc post mortem ihesu xpi. Tercia causa propter quam istud concilium fuit congregatum ... vita communis inter apostolos tenenda ... est decretum in illo concilio quod omnia communia et distribuerentur unicuique sicut opus fuerit et certe nunc est maior necessitas congregandi concilia quam tunc fuit propter illam causam probatur quia iam dicti apostoli verbis dicentis Sic nos existimet homo ut ministros xpi et dispensatores misteriorum dei temporibus presentibus illa vita communis inter apostolos et quam apostoli vicarii ihesu xpi instituerunt et nobis reliquerunt et totaliter destructa et oblivione pene data inter episcopos et eorum capitula et collegia inter clericos et clericos seculares qui sunt in ecclesia nisi sit hec vita communis inveniatur in monasteriis aliquorum religiosorum. Notum est enim quod beatus Augustinus factus presbiter monasterium clericorum more instituit et cepit vivere secundum regulam sub sanctis apostolis constitutam quibus erant omnia communia et nemo dicebat aliquid esse suum proprium et sic illo tempore omnes ecclesie cathedrales vivebant in communi. Oportet ergo ad istam vitam communem reformandam celebrare generalia concilia secundum sanctorum patrum decreta ut ponitur xii q. i. per totum. Primo in ... vitam communem dispensabantur bona ecclesie temporalia et spiritualia iuste et debite dabantur beneficia et dignitates ecclesiastice unicuique prout cuique opus erat et quia nunc dispensatores ecclesie sunt mutati in dissipatores. Et sicut Bern. pastores in tonsores et agni in lupos et qui deberet esse pilati facti sunt pilati deligentes munera sequentes retribuciones principes infideles socii furum promoventes et exaltantes peccatores de precio scienter et abicientes virtuosos et literatos a beneficiis et non distribuentes beneficia pro meritis virtuosorum sed pro favoribus precibus et pecuniis dantes uni quatuor quinque incompatibilia et alteri bene merito nullum dantes beneficium. Ad reformandum igitur tam iniquam et iniustam beneficiorum ecclesie dispensacionem maxime nunc sunt necessaria concilia eciam in illa vita communi tenenda hospitalitas quam oportet episcopum esse hospitalem dicit apostolus fiebant multe elemosine pauperibus quia nunc habet ecclesia non ut servet sed ut pauperibus eroget ut ponitur xii q. i. c. antiquum dividebantur bona temporalia ecclesie in partes quatuor quarum una erat episcopi reliqua clericorum tercia fabrice ecclesie quarta erat pauperum xii q. ii. c. quatuor q

elemosine et hospitalitates iam sunt delete, quia
omnia [illegible] et nulla fit iam mentio de illa quarta pau-
perum parte. Ergo ad reformandum tantam carita-
tem et elemosinam ecclesie et tantam hospitalitatem
et pietatem a clericis et quod non defraudentur
pauperes sua quarta parte necessaria sunt hiis tem-
poribus generalia concilia. Dicit apostolus in decimo fiet
[illegible] sine necessitate qui non fecit [illegible] et hec sufficiant
bene intelligenti de secundo apostolorum concilio.

Tertium concilium quod fecerunt apostoli fuit celebratum
Jerosolimis quia cum esset murmur et contentio
inter hebreos et grecos super ministerio seu modo
ac modo ministrandi et apponendi mense apostolorum
et discipulorum ac credentium quibus erat vita communis
ut dictum est, tunc xii apostoli convocantes mul-
titudinem discipulorum ad concilium ordinaverunt
in eo quod apostoli deberent insistere solummodo o-
rationi et predicationi verbi dei et de medio discipu-
lorum quos apostoli elegerunt vii specialiter ad hoc opus
et ministerium scilicet apponendi et ministrandi mense, quorum
unus fuit prothomartir sanctus Stephanus, super
quos apostoli imposuerunt manus pro confirmatione
spiritus sancti et istud habetur ad litteram actuum vi. ca.
Et in hoc concilio fuerunt facta duo decreta.
Primum quod apostoli et eorum successores apostoli discipuli Christi
tamen in novo principaliter et primo debent insistere
predicationi verbi dei et orationi et nullo modo
debent vacare ipsis temporalibus sive mundanis quia
non debent propter ista promoveri ad episcopatus. Secundum
decretum fuit quod ante ipsorum commissi et deputati
ad ista fuerunt inferiores eis qui illis ministrare
debent et obedire tenentur hodie. Sed si attendantur
iste cause propter quas istud concilium fuit cele-
bratum certe nunc maiores et magis ardue
sunt consimiles cause propter quas sacra concilia genera-
lia debeant teneri et celebrari quia nunc ex qua-
dam consuetudine immo verius abusione superiores
et pontifices nostri non curantes de illis decretis
apostolorum prout iacent preterierunt ordinem ipsorum
quia inferiores ignari pessimi et peiores promo-
ventur per eos superiores ad episcopatus ad dignitates

ad beneficia qui nec sciunt verbum dei predicare
nec curant pro populo eis subiecto orare,
immo multi ex eis nesciunt verbis latinis loqui
nec que dicuntur verbis latinis intelligere et
dicunt quod possunt et sciant bene equitare multos
equos habere arma ducere invadere et bellare
ac negociis secularibus se implicare et ta-
lia ministrare. Tales sunt apostoli et [illegible]
tamen Jhesu Christi dotati temporalitate de patrimonio
crucifixi. Sed contra illi qui sunt eis superiores
qui sunt virtuosi qui sunt [illegible] qui sunt doctores
verbi dei et predicatores qui sunt dei timentes
et veri religiosi ac consciencios(i) tales promo-
ventur ad ministrandum mensis ad ministeria
[illegible] illorum malorum promotorum in eccle-
siis. Tales religiosi et boni tales doctores verbi
dei sunt [illegible] et [illegible] episcopi tales
[illegible] in obprobrium dignitatis apostolice
[illegible] apostoli et in vituperium et scandalum
crucifixi. Ut ergo non simus contrarii decretis
apostolorum [illegible] et que multi alii promoventur
ad episcopales dignitates et papales ac cardina-
les et abbaciales nisi sint magistri et doctores
verbi dei ac sacre scripture et canonum [illegible]
nova ad reformandum talia et quod sint digni
apostolorum in hac apostolica ecclesia [illegible]
[illegible] Jhesu Christi et propter Jhesum Christum [illegible]
[illegible] et [illegible] ipsa distribuantur bonis
sicut [illegible] opus sunt per illos [illegible]
ordinarios et episcopos ad quos de iure [illegible]
[illegible] beneficiorum et dignitatum collatio [illegible]
fiat per Romanam curiam aliqua beneficia
et dignitatum reservatio sed devolvantur ad ordina-
rios sicut decreta sanctorum canonum necessaria sunt
temporibus generalia concilia in quibus
fiant reformationes contra vitia ecclesiasticorum
et secularium quorum religiosorum et [illegible]
fiant reformationes apostolorum [illegible]
et predicatorum ac omnium religiosorum et [illegible]
et studiorum que [illegible] sunt perdite et [illegible] et dispensationes
in quibus ordinentur dispensationes [illegible]

[illegible] officiorum ac beneficiorum Romane
curie et totius apostolice ecclesie et sic de tertio con-
cilio.

Quartum concilium fuit etiam tentum et celebratum
per apostolos et credentes Jerosolimis super
observantie legalium ut ponitur actuum xv. c. propter quam
cum Paulus et Barnabas ascenderunt Jhero-
solimam ad apostolos et presbiteros existentes Jerosolimis
et circa portam media multitudine credentium
convenerant in multo et magno numero dis-
ceptantes petro per modum opinionis de man-
dato concilii Jacobus minor qui erat ibi episcopus
ordinarius ut habetur in c. porro [illegible]
dis per modum declarationis et diffinitionis
totius concilii locutus est dicens: Ego iu-
dico et sic et fuit per totum concilium quomodo dis-
missione et declaratione grandi super hoc decre-
to ordinate fuerunt hec auctentice et mis-
se ad diversas provincias sub hac forma:
Apostoli et seniores fratres hiis qui sunt Anthio-
chie, ut diffinitum ibidem ponitur. Ex isto
concilio ostenditur evidenter quod hoc generale
concilium fuit convocatum per apostolos et
presbiteros ac credentes solummodo propter [illegible]
[illegible] legalium et ceremonialium legis antique
et propter introductiones legalium legis evangelice
et similiter considerantes istam causam propter qua
fuit convocatum istud concilium multiples
materias reperiemus quare nunc debeant fre-
quentari concilia generalia et ita fore ecclesie
catholice multum necessaria propter [illegible] causas.
Primo ex causa legis evangelice. Secundo ex causa
legis moralis ethice. Tertio ex causa legis canonice
[illegible] ex causa legis evangelice patet quod sicut
fideles [illegible] tenentur servare et vivere secundum legem
evangelicam multo magis viri ecclesiastici qui
a deo in mente dedicantur et ex hiis assump-
tis et a peccatoribus segregatis ut sint
[illegible] offerunt dona et sacrificia pro peccatis
[illegible] ubi enim sunt nunc prelati et viri ecclesiasti-
ci qui per bona exempla vite sint lux
mundi dicentes legem evangelicam. Sed hic [illegible]
[illegible] ubi sunt pastores ecclesiastici

qui impleta mandatum Christi ponat animam suam
pro ovibus suis predicando contra hereticos contra infi-
deles et dando redditus suarum ecclesiarum in subsidium
secularium bellantium pro fide Christi contra infideles.
[illegible] viri ecclesiastici qui legem evangelicam obser-
vent dicente evangelio: Diliges dominum deum tuum ex toto
corde. Vel qui Christi consilia servant in statu per-
fectionis ut potest sunt episcopi monitores vel observa-
tores et se de [illegible]. Ad reformandum igitur legem
evangelicam et omnes legalia multum nunc sunt necessaria con-
cilia. Etiam ex parte legis moralis ethice osten-
ditur quam nunc plus sunt necessaria concilia quam fue-
runt tunc quia tunc omnes fideles vivebant ali-
qualiter virtuose et delectabantur in operibus vir-
tuosis ut patet de apostolis et discipulis Christi unum
vere sunt prohibitum corrupti sunt omnes et abhomina-
biles in studiis suis quia a minimo usque ad
maximum omnes deserviunt avaritie de viris eccle-
siasticis. Ut ergo tollatur ista clericorum et sa-
cerdotum ac religiosorum mala vita necessaria sunt
in dei ecclesia generalia concilia quibus [illegible] prophe-
ta quiescite iam perverse agere discite [illegible] re-
formatores conciliorum [illegible]. Tertio necessaria sunt
concilia generalia ex eo tertio scilicet ex causa legis
canonice. Si enim inspiciuntur sanctorum patrum de-
creta an [illegible] cum quantis laboribus cum quantis
expensis et afflictionibus instituerunt et ordina-
verunt in sancta ecclesia canones quam plurimos
ut dicitur inferius ad tuendum et tenendum in pace
et iustitia sanctam matrem ecclesiam et hoc fecerunt in
pluribus generalibus conciliis ut patet discurrenti
per totum. Ordinaverunt enim ad decorem domus
dei et sancte ecclesie et ad regimen et gubernationem ipsius
multas constitutiones multa decreta multas decreta-
les multas extravagantes multa statuta
multas regulas multa sancta et honestamenta sunt
per ordinationibus clericorum super gubernati-
onibus monachorum et religiosorum super electio-
nibus episcopatuum ac dignitatum et monasteriorum super
collationibus beneficiorum super dispensationibus et
administrationibus sacrorum super penis peccatorum

et super pluribus aliis legibus et regulis legalibus
quibus iuste pie et sancte viveremus et omnia dicta talia sta-
tuta talia legalia sancta et iusta sunt in non observancijs
bullarum et privilegiorum Romane curie abrogata
dispensata annullata irrita dispensata et cassa-
ta alle[gando] quod omnia iura positiva sunt in pectoris
pape scrinio posita et taliter hec sunt quasi
fincta et sine utilitate libri decretorum et sacrorum
canonum ac decretalium videntur fuisse scripti et
publicati pro maiori parte. Ad reformandum
igitur tales beneficiorum collaciones et religiosorum gu-
bernaciones et unum ac decretorum et legum antiquorum
patrum observaciones regulas et instituciones prout fu-
erunt temporibus antiquis observate per nostros pa-
tres quod sic eas nos hiis temporibus observemus
et emendemus in melius que hactenus ignoranter
vel scienter pervertimus valde necesse sunt nova ipsa ge-
neralia concilia in quibus et per que sicut per primi[tiva]
conciliorum generalium reformentur decretales
et decreta sua ablatis reservacionibus et aliis in suis
constitucionibus positis et scriptis in libro vi de-
cretalium et in clementinis et in extravagantibus ac
aliis quibuscumque com[muni] iure antiqua et privilegiis
et dispensacionibus et reducantur omnia ad observa-
cionem iuris sicut erant ante tempus Bonifacii
viii in ipsa apostolica ecclesia. Et hoc de istis quatuor
conciliis generalibus apostolorum in prosecucione presen-
ta.

In hac quinta parte huius tractatus qui vo-
catur gubernaculum conciliorum querebatur a
me paupere si hec mea necessitas tanta concilio-
rum poterat probari et ostendi per alia concilia generalia
preterquam per concilia apostolorum. Et ego istis me
temptantibus respondi asserens quod sic si bene con-
siderentur precedencia concilia generalia facta tempore
constantini christianissimi imperatoris et alia generalia
facta post dotacionem ecclesie et post mortem predicti im-
peratoris quia ante constantinum non legimus aliqua
concilia generalia fuisse facta in ecclesia propter mag-
nas persecuciones quas ecclesia sustinebat post dis-
persionem apostolorum usque ad tempora constantini impera-
toris postquam enim apostoli fuerunt per universum mun-
dum dispersi in omnem terram exivit sonus eorum
passi fuerunt multas persecuciones propter christianitatem

nomen quem predicabant. Alii enim secabantur
alii incarcerabantur alii verberabantur alii
suspendebantur alii assabantur alii rotabantur
alii in occisione gladii truncabantur et tanta de-
nique persecucionibus inter gentes scandala
orta sunt quod circuibant in melotis in pellibus ca-
prinis egentes angustiati afflicti in solitudi-
nibus errantes in cavernis et in speluncis terre
et tunc cessaverunt concilia quia hii ibant gaudentes
a conspectu concilii quoniam digni erant pro nomine Ihesu
contumeliam pati. Non fuere concilia in unum con-
gregari consiliari ad invicem seu insimul congregari
non permittebantur quia ut dicit ysidorus in de-
creto xv dist. canones post tempus apostolorum
usque ad scisma tempora Constantini imperatoris fervente
tyrannica persecucione imperatorum gentilium nulla
docendarum in fide christiana plebium congregan-
darum presulum pro tenendis conciliis facul-
tas erat et sic propter defectum conciliorum nam
tunc ecclesia christi ihesu dei nostri fluctuabat turbaba-
tur et vacillabat procellas tempestatum et fluctus per-
secucionum inter gentes paciebatur in tantum quod
multi christiani timore mortis fidem christi ihesu pub-
lice negabant et hereses ac incredulitates vi-
gebant et crescebant ut patet cronicas et historias an-
tiquas legenti. Postquam ergo beatus Silvester
imperatorem constantinum baptisavit qui fuit
anno domini ccc xv° vel quasi. Et idem imperator co-
gnovit in amorem et zelum fidei christiane fervere
et ubique ecclesias ac loca pia erigere videntes hec
sanctus silvester papa et alii sancti patres ac defen-
sores christianorum ecclesie quod erat conpeditu-
rantes quod christianorum ecclesia quod erat [illegible]
recuperaretur et reformaretur consideraverunt congregare
in simul quod si tradi in fide catholica congregarentur
in generalibus conciliis quod tunc in eis et per ea
ecclesia reformaretur fides catholica exaltaretur
perfidia heretica extirparetur et ac opera bona
fierent quia quo virtus est alibi concordia
unita tanto ipsa est fortior sic ipsa diversa quanto
fortior ad tollendum scandala et mala de ecclesia
nam est congregata per generalia concilia tradita
manus ipsorum in moribus antiquis fiebat et unita
omnibus tunc est fortior et inperceptibilis dure lex
quia sit potencia alicuius mortalis hominis principis

vel regis. Et tunc ab eodem christianissimo impera-
tore petiverunt quatenus in unum possent in causa fidei
et reformacionis sancte matris ecclesie convenire
et generalia concilia convocare et celebrare congrega-
re ac fidem catholicam publice profiteri et predi-
care hereses extirpare sacra statuta per gu-
bernacione ecclesie et canones cleri condere et ecclesiam
dei in pace ac in omni virtute et bonitate collo-
care. Huiusmodi igitur peticione seu supplicacione
facta idem piissimus imperator libenter suppli-
cacionem admittens dedit universis licenciam et fa-
cultatem quibuscumque christianis secularibus et
ecclesiasticis libere congregari pro conciliis
tenendis et pro rebus ecclesiasticis disponendis
ut clarius patet per unum doctorem hyspanum
scilicet ysidorum xv. dist. in decretis ubi dicitur
canones generalium conciliorum a temporibus con-
stantini cepere. In precedentibus namque
annis persecucione fervente docendarum plebium
facultas minime dabatur. Et propter hoc christiani-
tas in diversas hereses scissa est quia non
erat episcopis licencia conveniendi in unum nisi te-
pore supradicti imperatoris. Ipse enim dedit
facultatem christianis libere congregari sub
hoc sancti patres de omni orbe terrarum convenientes
unam fidem evangelicam et apostolicam
secundum quod apostoli symbolum tradiderunt. Hec ibi.
In eadem dist. xv. dicit ysidorus predictus sic: In-
ter cetera concilia quatuor sunt venera-
biles synodi que totam principaliter fidem com-
plectuntur quasi quatuor evangelia vel totidem
paradisi flumina.

Horum enim prior Nicena synodus trecento-
rum decem et octo episcoporum Constantino Augusto
imperante peracta est in qua arriana perfidia
condempnata et blasphemia quam de inequalitate
sancte trinitatis idem arrius asserebat consubstancia-
lem deo patri filium eadem sancta synodus per symbo-
lum diffinivit. Hoc fuit ergo primum concilium sum-
mum in nicena civitate et fuit celebratum ut patet per
superius dicta dum tractabat ut tolleretur ista heresis
arriana et ut doceretur in articulis fidei ple-
nius christiana. Et si hec quatuor synodus multo magis e-
nunc quod nunc concilia generalia celebrentur propter
predictas causas quia non solum unam heresim

inter christianos habemus sed certe multas et potentes
hereses et multos eas sequentes ut circa est qualis
est heresis Bohemorum qualis est heresis fraticellorum
qualis est heresis waldensium et enolhcistarum qualis
est heresis [illegible] et scisma grecorum. Ad tollen-
dum ergo et extirpandum istas hereses et scismata
que nunquam per romanos pontifices deleri potue-
runt aliquo modo vel via quam sunt hiis temporibus
necessaria generalia concilia quod bonus christianus seu
prelatus deberet considerare toto animo et corde ecclesie.
Propter eandem causam necessaria sunt hiis temporibus ge-
neralia concilia sicut inspiciatur plebs christiana et
maxime ecclesiastica qualiter per sacros reformaciones co-
ram deberet vivere qualiter prelatus sic ac suos
subditos debeat regere qualiter sacramenta minis-
trare qualiter predicare qualiter penitencias dare et sic
de similibus documentis que neglecta fuerunt per Ro-
manos pontifices qui ea neglexerunt reformare
et permiserunt et permittunt omnes universitates destrui
et perire in quibus olim erant multi studentes
et fiebant multi viri litterati qui defensabant
fidem ecclesie et hereses et erant graduati in
sacris scientiis et nunc qui propter eorum scientiam fiebant
prelati et beneficiati in dei ecclesia. Contra nunc vero
bona impiorum et iniustorum ac peccatorum pervenerunt
ad beneficia ecclesiastica et bene de omnibus qui precan-
tantur et inique agunt secundum sermonem sublimati
sunt per dignitates ecclesiasticas ditati sunt exaltati
sunt promptuaria eorum plena eructancia ex hoc
in illud. Sed theologus et sancta canonica ac di-
vina secundum alium modum confertur et inquestu pro-
meretur sedet et bonis ac literatis secundum sa-
lutem ad habendum beneficia et honores vera via
mittitur. Hec vero impiis iniustis et ignaris cum
bone artes desunt dolis fallaciis favoribus
precibus ac pecuniis ad habendum beneficia con-
tendit qua de causa pauperrimi iuvenes vo-
lunt nunc in universitatibus studere nec intendere sed
sic tunc conveniunt ad Romanam curiam ad adquiren-
dum beneficiorum impetraciones secundum suam longam atque
controversiam ecclesie impedimentum universitatum et ipsa
in perdicio est causa promocionis ad gradus doc-
toratus in theologia et in iure canonico ac in arti-
bus multorum ignarorum et ydiotarum et de facili in

in curia ad tales gradus promovendur per bullas a
postolicas instar patrum vinus dici. Ad reformandum
ergo universitates et studia et ad promovendum viros
virtuosos et litteratos ad beneficia hiis temporibus
multum sunt necessaria generalia concilia quod probatur per hoc
primum Nicenum concilium. Et dicitur hoc concilium primum
seu prima synodus propter maiorem auctoritatem eorum
que ibi facta fuerunt quamvis iam alie synodi pre
ordine precesserant ut habetur in c. sexta synodo
dis. xvi. etiam prout reperitur in libris conciliorum.
Postquam imperator Constantinus dedit liberam facul
tatem christianis in unum conveniendi ac concilia celebrandi
illico post eius baptismum sanctus Silvester papa con
cilium generale convocavit et congregavit in qua sy
nodo fuerunt ccc. xviii. episcopi. Quid autem ibi ordina
verint non memini me legisse nisi quod privilegia da
ta et libertates concesse apostolice ecclesie per Constanti
num ac dotaciones bonorum temporalium et terrarum civi
tatum fuerunt per papam Silvestrum et totum sacrum
concilium acceptate et approbate in perpetuum et quia
huiusmodi dotaciones ecclesiarum et monasteriorum facte per
diversas partes mundi a christi fidelibus ... die
occupantur et violenter invaduntur ac auferuntur
per multos principes et civitates ac nobiles et secu
lares. Ad ea recuperandum et reformandum necessaria sunt
generalia concilia que facilius ea poterunt re
cuperare quam faciat potentia Romane curie.
Et quia sine istis temporalibus diu spiritualia subsis
tere non possunt quamvis desinunt temporalia ecclesie desin
it eius spiritualia. Unde et ideo melius poterunt ge
neralia concilia contra eos procedere. Necessario ergo sunt
generalia concilia in dei ecclesia ad recuperandum eius ter
ras dominia et bona temporalia.

Secunda sancta synodus fuit dicti canonis decia quin
ta dis. Centum quinquaginta patrum sub Theodosio
seniore que Constantinopoli congregata est que Ma
cedonium spiritum sanctum esse negantem condempnavit et esse
consubstantialem patri et filio spiritum sanctum demonstravit dans
symboli maioris formam scilicet Credo quam tota La
tinorum et Grecorum confessio in ecclesiis predicat et
cantat. Dicitur autem esse ostenditur quod ista sancta
synodo quod necessarium fuit pro tunc congregacione genera
le concilium c l. patrum episcoporum abbatum et sacerdotum
ac virorum ecclesiasticorum et hiis non fuissent plures

quam c l. qui convenerunt concilium nunc pro eccle
canonizatum ut ... et fuit hoc concilium necessarium
condempnaret heresim negantem spiritum sanctum con
cor aut tanta ... hiis temporibus necessarius
generali concilio generalia eadem causa quod sunt mul
ti nunc in ecclesia seculares et ecclesiastici qui ne
gant spiritum sanctum scilicet dona spiritus sancti que dona sunt
beneficia ecclesiastica et officia scilicet papatus car
dinalatus patriarchatus episcopatus capitulus
prepositura decanatus prioratus abbacia dig
nitas plebanatus ... rectoria capella cus
tura et quod cuiusque ecclesiasticum beneficium et officium in
curia vel sine cura quod secundum doctores theologos
gratis merentibus et dignis debet signari et
largiri gratis accipi gratis dari per prelatos
et per ius pronatus in eis beneficiis habentes
et collatores possessionis dandi ... pari ... dandi
signari pecunia vel favore prece vel pre
aut aliqua re temporali et si dentur taliter
committitur in eis symonia tam ex parte dantis
quam accipientis etiam si papali dignitate pre
fulgeat secundum opinionem multorum theologorum quod symo
nia est de directo peccatum contra spiritum sanctum quo regitur
et gubernatur universalis ecclesia que ecclesia recepit
ab ipso ... huiusmodi beneficia dicente Jacobo de
datum optimum ... pater et essencialiter spiritus sancti
dicunt ergo doctores sancti quod asserentes papam
non posse in beneficiis et officiis ecclesiasticis com
mittere symoniam plenariter peccant mortaliter
et censentur heretici quia dato quod sit dominus et ca
put in tota ecclesia et habeat distribuere beneficia
... non tamen propter hoc est dominus beneficiorum
... in ecclesia realiter ... sed solum est
vicarius et vicarius ihesu christi ac dispensator
misteriorum dei ihesu et suorum beneficiorum dicente
apostolo Sic nos existimet homo ... et si papa sit
istos committit symoniam que censetur heresis
in istis beneficiis et officiis ecclesiasticis multo magis
sunt symoniaci et videtur asserendo de prelatis ab
batibus et episcopis et aliis qui conferunt beneficia et offi
cia ecclesiastica alii pecuniis alii precibus alii
favoribus alii uxoribus et ignaris et pueris et
... ac suis consanguineis. Ad reformandum
ergo hanc quorundam canonistarum impiam
opinionem et perversam asserentium quod in papa

non committit symoniam in beneficiis necessa
rium est celebrare generalia concilia et declarare spiritum
sanctum esse in ecclesia a quo sunt omnia officia et beneficia
ecclesiastica qui dat omnibus affluenter et multi
... et quod quamvis superiores in ecclesia dis
tribuunt et signant aut sigillant talia benefi
cia pro pecunia vel favore aut prece seu
quocumque pacto interveniente aut precio tales co
mittunt symoniacam heresim et tenentur resti
tuere et renunciare et incurrunt penas hereticorum
in ipso iure et facto contentas in iure canonico
et quod pro talibus eo ipso eos declaret sancta synodus
... nisi peniteant et resipiscant mandans
fieri ... contra tales per inquisitores
pravitatis heretice monendo seculares prin
cipes ac eos precipiendo quod contra tales debeant
resistere et si oportuerit punire et inquisi
tores adiuvare. Et sic alii clerici et secula
res negantes spiritum sanctum et asserentes spiritum sanctum
non esse in ulitmis conciliis iure et licite co
gregatis per illos ad quos pertinet dicentes
multos ibidem esse congregatos in odium vel
... et in favorem amorem et affectum et
sub titulo communis reformacionis in capite et in
membris multos viros ecclesiasticos suis dig
nitatibus privare alios in vitos transferre
alios non vocatos nec citatos suis beneficiis
possessionibus et commendis ac officiis ecclesiasticis
... et cassare et vindictas inimico
... in multis exercere que sunt de directo
contrariat spiritum sanctum quem spiritus sanctus si esset
in conciliis non permitteret talia fieri aut diffi
nire. Sed isti errant. Pro maiore quod dato quod in
conciliis generalibus sunt multi mali et pecca
tores et supradicta exercentes ac facientes nichilominus
in eisdem conciliis est sacrosancta mater ecclesia universalis
congregata quam universalis synodus representat
que peccare aut errare non potest nec male
facere cum sit christi sponsa pulchra sine ma
cula ... cubiculi
... casto pudore custodit ...
... loquitur. Etiam quamvis in conciliis
sunt multi malivoli tamen ibi est spiritus sanctus
non in eis sed in sola universali ecclesia quam etiam
potest representare una et sancta ac bona ibidem
... persona et ideo ad condempnandum
... pessimum errorem et hereticum necessarie
... congregari generale concilium

Tercia synodus fuit ephesina prima ducen
torum episcoporum sub iuniore Theodosio augus
to edita est que Nestorium duas personas asse
rentem in christo iusto anathemate condempnavit ostendens
manere in duabus naturis unam domini nostri ihesu
christi personam. xix. dis. canones ecclesie ex illo sacro
concilio evidenter claret quod in ista synodo et in aliis
duabus precedentibus nulla sit mencio quod in eis aliquis
papa presidens aut interfuisset nisi solum episcopi et viri
ecclesiastici et tamen ista ... per universalem ecclesiam ap
probata sunt sicut quatuor christi evangelia etiam ex
illo argumento quod sicut tunc sancta synodus condempnavit
illum hereticum asserentem in christo duas personas et de
terminavit unam esse personam domini nostri ihesu christi
manentem in duabus naturis Ita et nunc sunt ne
cessaria generalia concilia frequenter celebrari
ad condempnandum pestifera scismata duorum vel
trium contendentium de papatu in dei ecclesia si for
san imposterum et quomodo oriantur in dei ecclesia
et ad delendum opiniones ... fortassis asserentium
duos esse papas unum ultra montanum alium ci
tramontanum in dei ecclesia et ideo triplex illud et strictum
statutum perpetuum de scismatibus imposterum delendis
et de conciliis de decenio in decennium tenendis factum
in sacro concilio Constanciensi et innovatum et pro
missum per omnes naciones est de novo in hoc sa
cro generali concilio Basiliensi ratificandum appro
bandum et canonizandum addendo quod ipse ad ipsum
hoc statutum pro maiori firmitate et cautela
ecclesie scilicet quod quandocumque erunt duo vel tres electi ad
papatum vel contendentes de papatu quousque
veritas papatus alterius ipsorum non fuerit declarata
per generalem sanctam synodum convocandam pro tunc
si opus erit per duos Cardinales et duas partes
ipsorum quibus negligentibus per naciones epi
scoporum seu per principes seculares regnorum civitatum
et diocesium quod nulli ipsorum obediatur nec aliquis
ipsorum pro papa teneatur nec aliquid per eos gesta
seu alterius ipsorum firmum instum legitimum aut ra
tum habeatur et quod omnis obediencia ... eis
subtrahatur censuras ecclesiasticas inferendo
contra illos qui oppositum fecerint perpetraverint
aut presumpserint. Et sic cessabunt scismata duorum
de papatu et de una sancta matre ecclesia contendentium
propter privatas utilitates non querentium pacem ecclesie

et que ihesu christi sunt sed affectantes propria quodam
seminantes gwerras et discordias in dei ecclesia et
hoc sit dictum de tercia synodo.

Quarta synodus fuit calcedonensis ducentorum
xxx sacerdotum et sub marciano principe
habita in qua Eutice constantinopolitanum abba-
tem verbi dei et carnis [illegible] unam naturam predica-
tem et eius defensorem dioscorum quondam
episcopum alexandrinum et ipsum nestorium
episcopum in reliquiis una pariter sententia condempnauit
predicans eadem synodus christum dominum sic de vir-
gine natum esse ut in eo substantiam divine et humane
confiteamur nature. Ex isto generali concilio evi-
denter elicitur quod ad condempnandum illam heresim
que ponebat in christo fuisse eadem natura divina
et humana necessarium fuit quod non solum episcopi immo sa-
cerdotes et presbiteri ipsum celebrarent quia tex-
tus dicit quod fuit ducentorum et xxx sacerdotum et non
fuit mencio si illi sacerdotes fuerunt episcopi vel
non eciam non fuit mencio si papa concur-
rerit convocavit hoc concilium vel illi soli ducen-
ti xxx sacerdotes convenerint ipsum et tamen
textus dicit quod dicta synodus congregata ex
illis sacerdotibus condempnavit illam heresim
et ergo si fuit pro tunc necessarium convocare hoc predictum
concilium multo magis est nunc necessarium convocare
propter sublevandos casus generalia concilia et celebrare
probatur primo quia multi dicunt et asserunt hiis
temporibus et sic de facto quod una et eadem racio
et racio et condicio debet esse in electionibus
postulacionibus beneficiorum collacionibus et confirma-
cionibus ordinacionibus et sacrorum administra-
cionibus et aliis ecclesiasticis officiis digni-
tatibus regiminibus et administracionibus quo ad
viros litteratos et sapientes et quo ad ydiotas
inscios et ignorantes dummodo tamen alias sint in mun-
danis experti et temporalibus districti et prudentes
et in agibilibus actum laboriosi et sericeos di-
cunt enim quod hiis temporibus ex quo spiritualia dum
subsistere non possunt sine temporalibus et ex hoc
temporalia sunt modo pro maiori teneri et spiritualia ecclesie
ecclesie appellatione valde minima sunt quo ad viros litte-
ratos et virtuosos et quo ad ignaros et malicio-
sos una debet esse collacionis beneficiorum natura

una promocio una racio una condicio. Sed
quam erronea sit hec opinio videant quod primo
antequam apostoli predicaret in orbe et essent episcopi
pariter ihesu christi apostolice ecclesie primo fuerunt
litterati et illuminati dono sancte et loquebantur variis
linguis prout spiritus sanctus dabat eloqui illis
Tamen ipse deus ihesus non commisit petro vna
claviem sed duas scilicet clavem scientie et post clavem
potentie dicens ei et tibi dabo claves regni
celorum quia ignorancia in sacerdotibus maxi-
me vitanda est et presertim in pontificibus
romanis et cardinalibus in episcopis in platis
et aliis ecclesie rectoribus qui officium docendi
in populo susceperunt quorum opus in vita
et predicacionibus debet consistere ut pontifex discernendi
per totum et quam super apostolum debet attendere lectioni
et exhortacioni doctrine et esse paratus reddere racionem
omni poscenti se de ea que est in fide. Ad tollen-
dum ergo et extirpandum hanc pravam et
inquam consuetudinem et erroneam que tem-
poribus scismatis quod incepit post mor-
tem gregorii undecimi fere inolevit quod
pauci viri litterati et graduati eliguntur
aut postulantur aut promoventur ad abba-
tiales seu episcopales cardinalatus seu papa-
les dignitates et ad alias curatas benefi-
ciales necessarium est concilia generalia celebrari
in quibus fiant reformaciones electionum pos-
tulacionum et promocionum quarumcumque digni-
tatum et beneficiorum et presertim curatorum et
quod nullus ad tales dignitates magnas et
curatas eligatur postuletur seu promoveatur
eciam si sint papales cardinalatus episcopa-
tus seu episcopales nisi sit litteratus scientificus
et in iure canonico seu in theologia graduatus
ut sua doctrina fulgeat ecclesia ut sol et luna
et defendatur contra hereticos et infideles ipsa
fides catholica quia tunc promovebuntur uni-
versitates et studia et crescet predicacio et scientia
in dei ecclesia quemadmodum propter promociones ydiotarum
et insciorum fere quasi cessavit et hoc sit dictum
de isto quarto concilio quod quarum ad quintum
mitacionem est necessarium celebrare generale concilium
Et sequitur in decreto dist. xv. canones

hee sunt quatuor synodi principales fidei nostre
plenissime continentes Sed si qua sunt alia
concilia que sancti patres spiritu dei pleni sanxerunt
post istorum quatuor auctoritatem omni manent
stabilita vigore hec ibi. Et in c. sancta Romana
dicitur Si qua sunt concilia a sanctis patribus hactenus
instituta post istorum quatuor auctoritatem
et observanda et custodienda decernimus. Et non
[illegible] ut supra decretum concluditur et mandatur
quod omnia generalia concilia maneant stabilita vi-
gore et custodienda ac observanda sunt dummodo
tamen sanciantur et celebrentur per patres qui
spiritu dei pleni sunt et in quibus spiritus sanctus habi-
tat et merito hoc concluditur quia si concilia
sunt generalia a spiritu sancto vel in spiritu sancto legitime
congregata necessarium est quod eorum reformaciones
et statuta sunt a spiritu sancto et per spiritum sanctum qui est
director et gubernator conciliorum facta et ordi-
nata Et ideo oportet quod omnia fiant in eis co-
muni caritate et concordia in dilectione in-
mutua pace et in sancta ac optima intencione
et quod non fiant propter rancorem propter odium
propter vindictam et propter aliquorum de ecclesia
destruccionem et expulsionem quoniam qui talia a-
gunt aut agentibus consentiunt concilium
legitime per spiritum sanctum congregatum non
faciunt immo ipsum turbant et confundunt
Cum enim in conciliis generalibus oportet
reformaciones tam in capite quam in membris
facere et peccata multorum arguere et accusare
ac alios proximos converse virtutes inducere
et proximi ministerio aliorum ac retinere competit
quod illi qui talia facere operari debent quod sunt
a spiritu sancto quod ipsi primo recipiunt spiritum sanctum quia
apostolus primo dixit apostolis accipite spiritum sanctum
et post dixit quorum remiseritis etc. Io. xx.
Et ideo necessarium est et congruum quod illi qui dos
volunt indicare alios corripere alios argu-
ere et condempnare debeant primo cum omni
se ipsos arguere se ipsos accusare se ipsos
punire et debent reformare quia ut ait
noster hyspanus ysidorus pupillum est in

alio arguere quod adhuc reprehendit in se ipso
propheta talibus qui alios volunt reformare et
non se ipsos maledicente ve ve qui predicas non
furandum et furaris et non mechandum mecharis.

Quintum ergo concilium ut dicit in c. sicut sancta dei
ewangelii xv. dist. venerandum in quo epistola que ibi di-
citur erroris plena reprobatur theodorus personam
mediatoris dei et hominum in duabus subsistenciis sepa-
rans ad impietatis perfidiam cecidisse convinci-
tur. Sicut ergo pro tunc fuit necessarium illud generale con-
cilium celebrare contra illum theodorum qui asse-
rebat in christo esse subsistencias duas et duas personas
Sic a simili nunc est necessarium generale concilium
celebrari contra multos ecclesiasticos et viros
litteratos quorum aliquam dicunt quod potestas data a christo
sancto petro est maior quam potestas data ceteris
apostolis seu universali ecclesie aut sacris conciliis.
Alii dicunt ut dictum est quod potestas generalis con-
cilii est maior quam potestas sancti petri seu alterius
pontificis Romani quia dicunt isti quod potestas
sacri generalis concilii est immediate a domino
deo yhesu christo et quod papa non potest dispensare
in statutis sacri generalis concilii. Et quia
opiniones sunt diverse et nulla est declaracio facta
tam per papam quam per sacrum generale con-
cilium Basiliense ipsa ab ipso absente et nescio si
approbante sacro est necessarium quod celebretur generale con-
cilium et propter hoc quod non creditur vel asseritur
quod sint due potestates distincte in universali dei ecclesia
scilicet pape et generalis concilii declaretur ad cer-
titudinem rei in eorum per papam qui est vel erit
pro tempore et per sacrum generale concilium quanti
que istarum potestatum sit maior in auctoritate
et in iurisdictione et in execucione quia alias postquam
declaracio non fuerit facta videtur michi quod frustra
fiunt concilia generalia et eorum reformaciones ac
statuta ex quo romani pontifices dispensant
in eis et revocant ipsorum conciliorum decreta et
statuta dantes intelligere quod maior est eorum
pontificum Romanorum potestas quam sit sacrorum
conciliorum et sic oportet congregare generalia ut declaretur
sequenda catholica hec opinio dimissa.

Sextam etiam synodum dicit decretum dis. xvi. capitulo in canonibus suis. Sunt ergo quinque sancta sexta synodus sub Constantino congregata est contra eos qui dicebant unam operationem et unam voluntatem in Christo in qua sancti patres illos ut potius hereticos anathematizaverunt orthodoxam fidem explanaverunt. Colligitur autem hec synodus anno xiiii Constantini. Et post quatuor vero aut quinque annos iidem sancti patres congregati sunt sub Justiniano filio Constantini et predictos canones promulgarunt de quibus nullus dubitet et septima synodus bis congregata est. Et si sexta sancta synodus congregata est ut tolleretur error illorum qui dicebant unam operationem esse et unam voluntatem in Christo multo magis nunc esset necessarium congregari generale concilium et diffinire ne sint in ecclesia due potestates equales ac declarare et reformari quod quandocumque celebratur concilium generale vivente papa ecclesie Romane quod tunc vel papa sit personaliter in concilio et sit una voluntas pape et concilii et una operatio et una et eadem regularum et statutorum ordinatio et una ac eadem beneficiorum et dignitatum collatio et promotio et tamen ecclesie dispositio ac in capite et in membris una et eadem reformatio et una Romana curia cum suis officialibus et una congregatio vel quod si papa presens in concilio non fuerit nisi per procuratorem quod tunc ordinetur quod nichil pro tunc nec papa nec concilium faciant quod diu duraverit exequatur nec exequi procurent aut mandent officia aut procuratores Romane curie ut puta penitentiaria camera cancellaria litterarum officium penitentiarie auditoriatus camere et breviatorum quod nullum officium fieri consuetum in Romana curia fiat in generali concilio nec attendatur in eo nisi ad hoc precise quia ad id ad quod sunt convocati et ad reformationem ecclesie in membris et in capite. Et sic eodem modo de papa vel etiam ordinetur per papam et per sancta generalia concilia quod vivente sancto concilio generali ne sint due operationes oppositorum [illegible] in ecclesia et due potestates in una et eadem

sancta ecclesia quod pro tunc cessent omnia curie Romane officia et non conferantur dignitates per papam seu beneficia nec expediatur per papam aliqua supplicatio aut littere apostolice de papa aliqua [illegible] seu de iustitia sed maneat potestas papalis durante sacro concilio quasi suspensa sed quod tota plenitudo potestatis papalis et eius executio remaneat apud sancta generalia concilia dum celebrabuntur quia si contra vel fiat sicut fit modo in Basiliensi concilio quod [illegible] de concilio Basiliensi tenet audientiam causarum et cancellariam aliquam litterarum et officium maioris penitentiarie et exercent multa officia pape et Romane curie et dant litteras et bullas desuper et tenet unam curiam. Et papa dominus noster Eugenius quartus tenet aliam curiam vel Rome vel Florentie aut alibi et confert beneficia et expectativas et tenet audientiam causarum et cancellariam et cameram et penitentiariam et omnia consueta Romane curie officia. Et aliqui sedent unam sententiam diffinitivam in concilio aliqui vero contrariam in curia pape et e converso et sic oritur et nascitur invidia et malivolentia et quasi scisma inter curiales et curtisanos existentes in concilio et curtisanos existentes in curia pape et quidam vocant se papalistas et quidam concilialistas et propter ipsos diversos status ecclesie veniunt discordia et impeditur reformatio ecclesie in capite et in membris quia si aliquid de reformatione in concilio statuitur hoc in curia pape annullatur et sic e contra. Et ideo venit modo istud scisma de quo loquitur apostolus quod quidam de discipulis et apostolis qui audierant verbum dei ab Apollo dicebant Ego sum Apollo. Alii qui audiebant a Petro dicebant ego sum Cephe. Alii qui a Paulo dicebant ego Pauli. Et subiungit Paulus numquid divisus est Christus numquid capitulum de [illegible] et sic est modo nisi provideatur de remedio quod dicitur se esse de concilio quidam de papa. Numquid divisa est ecclesia numquid Christi [illegible] una est ecclesia catholica numquid corpus Christi ecclesie unius est et ecclesia una est quia

incremento fecunditatis extenditur. Cyprianus xxiiii q. i. loquitur. Et quicumque se ipsos ab hac unitate segregant tales nec vinculis peccatorum absolvi nec ianua regni celestis possunt ingredi. Cyprianus xxiiii q. i. quicumque. Ad servandum ergo hanc unitatem ecclesie et fidei catholice necessarium est quandocumque celebratur generale concilium quod una sit Romana curia unus deus una fides unum baptisma una potestas exequendi claves ecclesie et quod non sit duplex curia duplex potestas et collatio duplex executio beneficiorum et causarum et aliorum officiorum in ecclesia Christi Jesu. Ad declarandum ergo hanc unitatem operationum hanc unitatem curie hanc unitatem potestatem ad exequendum Romane curie officia et beneficia et penes quem debeat residere hec potestas papalis plenitudo dum celebratur sancta synodus necessarium est quod fiat generalia concilia que determinet in papa hanc unitatem executionis clavium ecclesie et hoc sufficiat dicere de isto concilio. Sed tamen est notandum quod dicitur quod celebrata est hec synodus anno xiiii Constantini et post quatuor vero aut quinque annos iidem sancti patres congregati sunt sub Justiniano filio Constantini et predictos canones promulgarunt de quibus nullus dubitet et sic sexta synodus bis congregata est primo cum canones fecerunt sub Constantino et postea declaraverunt sub Justiniano et sic ultra quinque annos sunt continuata ista synodus. Ergo questio concluditur quod sancti canones concilii qui sunt reformationes ecclesie possunt in uno concilio statui et ordinari et post in alio concilio possunt publicari. Et quod declaratum non sunt in uno concilio quod declaretur in alio et sic concluditur quod si potestas concilii generalis est maior quam potestas pape quod illo nisi fiat unum concilium legitime congregatum potest pro nunc aliud usque ad certum tempus et illud aliud concilium potest convocare aliud generale sine pape alicuius auctoritate et sic in perpetuum et assignare loca et si allegatur quod solus papa convocat concilia ut ponitur dis. xvii hoc intelligitur semper excepta auctoritate et potestate generalium conciliorum quibus secundum opinionem istorum subicitur papa auctoritas et iurisdictio ac executio eo

minorum pontificum et cetera.

Tantus fuit zelus illorum sanctorum patrum antiquorum ad exaltandam fidem christianam et reformandam etiam in moribus virtuosorum et alibi clarissimis et ad deprimendum hereses ac eas exstirpandum penitus de medio populi christiani et perversas leges et consuetudines et abusiones que nequaquam poterant tolli nisi per generalia concilia quod statim post illa vi concilia generalia infra modicum tempus convocaverunt in partibus orientalibus alia duo generalia concilia per que possent premissa statuta facta in generalibus conciliis supra et acta et gesta roborare diffinire sancire et autenticare et sic fuerunt octo concilia generalia de quibus loquitur decretum dis. xvi in c. sancta. ubi dicitur sancta octo concilia videlicet primum Nicenum secundum Constantinopolitanum tertium Ephesinum quartum Calcedonense quintum vi et vii Constantinopolitanum et Nicenum viii. quoque Constantinopolitanum usque ad unum apicem immutilata servari et pari honore ac veneratione digna haberi et que predicaverunt ac statuerunt omnibus modis et sequi et predicare et quicumque condempnaverunt ore et corde condempnare confiteor hic ibi. Et dicuntur ista concilia viii alii quia octo vicibus fuerunt tenta et dicuntur alii quatuor concilia quia fuerunt in quatuor locis tenta ut ibidem habetur in glossa ex quibus sequuntur due conclusiones notabiles prima quod ad reformationem ecclesie in membris et in capite et ad exstirpationem scismatis et secte heretice seu ad conversionem aut reductionem infidelitatis sarracenice seu paganice et ad pacificationem plebis christiane non sufficit semel generale concilium congregare ac celebrare sed oportet sepius ac sepius hec plura concilia celebrare et convocare ac continuare et ut multis zelatoribus fidei christiane presentibus temporibus quibus sunt multa scismata et quia plures hereses de anno domini mo ccc. xxxv. in quibus etiam sunt in dei ecclesia maiores abusiones maiores tyrannie maiores cupiditates maiores symonie et maiora scandala in quibus etiam crescit et crevit super christianitatem paganorum infidelium et turcorum ac sarracenorum dominium et non cessat crescere et christianos subiugare ac nomen Jhesu Christi blasphemare ut patet de regno Cypri christianissimo nunc sarracenis et soldano Babilonie subiugato

temporibus istis et nunc patet de grecia que quamvis
scismatica tamen nunc quasi est tota Imperatori Tur-
corum subiecta ipso ipsa Armenia ipsa Albanie
provincia ipsa pro magna parte Dalmacia ipsa
etiam Slavonie pars maxima quam Turcus dicitur esse sub
dita etiam hiis temporibus inquibus inter se-
culares reges et principes christianos sunt multe dis-
cordie gwerre maxime interfectiones et mortes
christianorum quam plurime ut patet de regibus Fran-
cie et Anglie de regibus Castelle et Arrogonie
de domino ordinis Prutenorum et regis Polonie de gwer-
ris dominis Mediolani et civitatum Veneciarum ac Flo-
rencie et tunc de gwerra regni Neapolitani per
maxime inquibus etiam temporibus regnant tyrannice
furta latrocinia et rapine tam in mari quam
in terra multorum principum et dominorum nobilium
et regnorum bellantium et armigerorum et piratarum
in ytalia inqua hiis temporibus bona ecclesie Ro-
mane temporalia sunt quasi perdita et occupata pro maiori
parte per tiranos armigeros seculares nobi-
les et dominos ytalie ut patet de tota marchia
Anchonitana et de civitate castelli et de civitate Ti-
burtina et quasi de toto patrimonio ecclesie et de terra
campanie inquibus provinciis civitates et castra
ac bona Romane ecclesie sunt hiis temporibus de anno
domini mo ccc lxxx occupata et capta contra vo-
luntatem domini nostri pape Gregorii quarti et domino-
rum cardinalium et multe ecclesie ac monasteria
destructa et suis bonis spoliata habent etiam
occupacionem terrarum et bonorum ac iurisdictionum
ecclesiarum et monasteriorum per violenciam et tyra-
nidem ac dissipacionem multorum monasteriorum
et ecclesiarum ostendunt manifeste alienaciones
et provincie ac regna christianorum sicut sunt hungaria
francia anglia hispania inquibus omni die per reges
duces comites barones et milites ac civitates
libertas ecclesiastica non curatur clerus compellitur
subire bona ecclesiarum et monasteriorum tempora-
lia capiuntur et ipsa monasteria et ecclesie dilapidantur
Attentis igitur causis illorum conciliorum generalium
octo que fuerunt celebrata per sanctos patres et in primo
millenario infra breve tempus et quasi in sedecim annis
fuerunt omnia illa octo concilia celebrata et non propter
alias causas quam propter causas tollendi hereses
et scismata que tunc insurgebant in dei ecclesia
multo magis debent nunc generalia concilia frequencius

et frequencius celebrari et teneri ac generaliter quia
nisi illa sex supradicta firmantur et compleantur
et extirpantur totaliter in dei ecclesia ut quod primo ante
omnia reformetur in capite et in membris ipsa apostolica
et Romana ecclesia Quo facto et secundo quod ipsa sancta
persona heretice excellatur ubique terrarum deinde
de christianitatis catholice 3o quod hoc facto reduca-
tur ad gremium ecclesie et obedienciam Romani
pape perfidia scismaticorum grecorum et arme-
norum et quod uniantur ecclesie 4o quod hoc facto sin-
ceretur per generalia concilia quod inter quoscumque
reges ac principes comites barones civitates
et nobiles et alios dominos christianitatis sunt aliqua
gwerra et discordia quod illa omnibus modis tolla-
tur et fiat plena pax et concordia in tota plebe christiana
5o quod hoc facto procuret generalia concilia arma
spiritualia et temporalia spiritualia quidem mitte-
re predicatores ad terras illas que fuerunt
christianorum ut est Affrica Egyptus Ethyopia et
tota barbaria ac turcia et tartaria ad predi-
candum sanctum evangelium christi et eius fidem convertendum
tandem etiam arma temporalia procuret mit-
tendo et cogendo principes christianos et dominos et
quoscumque fideles ut cum suis armis et labori-
bus debeant terram sanctam et civitates ac provin-
cias occupatas per sarracenos et infideles
recuperare que olim fuerunt christianorum et
de manibus ipsorum infidelium liberare 6o debet
procurare et continuari concilia generalia ut
ad pristinam libertatem et iurisdictionem et sanctam
ubique terrarum reducatur ecclesia romana et
apostolica et extinguatur per concilia omnis
violencia et tyrannia ac rapina tam in mari quam
in terra ne unquam fiat in plebe christiana
hortantur tyranni et depredatores bonorum
prelatorum Romane ecclesie et aliarum ecclesiarum
ac monasteriorum et aliorum sacrorum et devotorum
locorum propter caritatem christianam propter consilium et
scismata et turbaciones sicut contra infideles
ac alia quecumque iuris remedia invocata et
adhoc brachii secularis auxilio si opus fuerit
et hec sex causa sunt principales causa propter
quas debent hiis temporibus sancta concilia
continuari et celebrari et tam diu durare
secundum opiniones multorum quousque sint finite

2o conclusio notabilis que sequitur ex supradictis
dictis octo conciliis et ex conciliis in sexta scriptis
2 quod in sacris conciliis generalibus non requiritur
paratio et multo minus assistencia et presencia omnium
episcoporum et abbatum seu principum et regum Ambasia-
tam aut dominorum seu civitatum sed sufficit pre-
sencia aliquorum ecclesiasticorum et christianorum in quibus
et per quos representatur universalis ecclesia hoc probatur
per predicta concilia octo inquibus et per quos
soli prelati orientales extiterunt et in parvo numero
et aliqui viri ecclesiastici ut post dicetur viii
in c. septa synodus xvi dist. et citat gracianus
secundum Bedam alia viii concilia generalia in occi-
dentalibus partibus est celebrata sanctis patribus
post illa viii concilia prima In quibus sancti patres
multos canones et multas reformaciones et de-
creta statuerunt hec essent pernicissimi in illis
conciliis quod decreta dicuntur et approbat tota universalis
ecclesia et fuerunt quasi omnes ibidem assistentes orienta-
les et pauci viri ecclesiastici occidentales verum est
quod in aliquibus conciliis tentis in oriente tunc
vel post legi in multis cronicis alii in eis in-
fuisse presbiteros et dyaconos romanos et etiam
subdiaconos quos nunc tenent domini Cardinales primum
igitur concilium ex illis octo fuit aquitana sy-
nodus que ante nicenam fertur fuisse sed post
auctoritatem maiorem qua habuit Nicena synodus
postposita inqua patres xviii statuerunt canones
2a synodus fuit neocesariensis que post aquitana
et anthiocenum legitur fuisse in qua patres xviii
statuerunt canones xxiiii 3a synodus fuit gan-
grensis que post nicenam legitur fuisse inqua
patres xvi fecerunt canones xx propter quasdam
necessitates ecclesiasticas maxime contra eustha-
thium qui dicebat quod nullus in coniugali gradu
positus nec ullus fidelis et nisi omnibus renun-
ciaret que possidet spem ullam ad deum habet
et multa alia venenosa que longum est narrare
4a fuit synodus Sardicensis inqua patres lx sta-
tuerunt canones xxi quorum auctor maxime
fuit Osius cordubensis episcopus et Vincentius Capua-
nus episcopus et Ianuarius Beneventanus et calepodius
Neapolitanus sancte Romane ecclesie legati extite-
runt va synodus fuit Anthiocena in qua

patres xxx statuerunt canones xxv quorum
auctor maxime extitit Eusebius palestinus episcopus
via synodus fuit laodicensis in qua patres xxii
statuerunt canones lix quorum auctor theodo-
sius extitit, vii synodus fuit Cartaginensis
inqua patres cc et xvii statuerunt canones
xxxiii quorum auctor maxime Aurelius Carta-
ginensis episcopus extitit et Augustinus yponensis episcopus viiia
synodus fuit affricana sub theodosio minore
augusto in qua patres cc xvii statuerunt
et firmaverunt canones centum quibus quam predicta
concilia affricane provincie Aurelii cartaginensis
episcopi leguntur esse conscripta et hec sunt alia viii con-
cilia generalia in oriente celebrata per modicum
temporis post ista viii concilia prima superius dic-
ta Sed notandum quod post ista xvi concilia ten-
ta in partibus orientis per modicum tempus post
fuerunt tenta alia concilia generalia viii in partibus
occidentis que enumerat venerabilis Beda in libro suo
quem intitulat de temporibus conciliorum et ponun-
tur superius in decretis dist. xvi c. sexta synodus

Prima synodus fuit Arelatensis inqua patres
sexcenti statuerunt canones quorum auctor
silvester urbis Romane episcopus et sanctus marinus
Arelatensis episcopus fuerunt 2a synodus fuit etiam
Arelatensis inqua patres xix statuerunt canones quo-
rum auctor cesarius Arelatensis episcopus extitit 3a
synodus etiam Arelatensis inqua patres xix statue-
runt canones 4a synodus etiam fuit arelatensis a vino
ortensi inqua patres xviii statuerunt canones
quorum auctor cesarius extitit, va synodus
etiam fuit arelatensis inqua patres xix statue-
runt canones quorum auctor Sarpidius are-
latensis episcopus extitit 6a synodus fuit aurelianensis
in qua patres xvii statuerunt canones quorum
auctor hylarius episcopus viia synodus fuit Ei-
ponensis inqua patres xxvi statuerunt canones
xl quorum auctor cesarius episcopus extitit viiia
synodus fuit agathensis in qua patres xxxv sta-
tuerunt canones quorum auctor cesa-
rius episcopus fuit 9a synodus Aurelianensis fuit in
qua patres lxx statuerunt canones quorum
auctor aurelianus arelatensis episcopus fuit 10a syno-
dus fuit aurelianensis in qua patres xxxi statuerunt

canones quorum auctor Melanius Redonensis episcopus
extitit. Undecima synodus fuit Aurelianensis in qua
presules XXV statuerunt canones quorum auctor
fuit Albinus Andegavensis episcopus extitit. Duodecima
synodus fuit Alverniensis in qua presules XV statue-
runt canones quorum auctor Honoratus Bituricensis
episcopus extitit. XIII synodus fuit Matisconensis in qua
presules XXI statuerunt canones quorum auctor
Priscus Lugdunensis episcopus fuit. XIIIIa synodus
fuit etiam Matisconensis in qua presules LXVII sta-
tuerunt canones quorum auctor idem Priscus
Lugdunensis episcopus fuit. XV synodus fuit Lug-
dunensis in qua presules XIIII statuerunt canones
quorum auctor Firmanensis episcopus. XVIa synodus
fuit etiam Lugdunensis in qua presules XX statuerunt
canones quorum auctor idem Priscus Lugdu-
nensis episcopus fuit. Hec sunt alia XVI concilia generalia
que enumerat Beda celebrata in partibus occidentis
in quibus pauci vel nulli fuerunt prelati seu
viri ecclesiastici orientales et tamen sunt solempnizata et
approbata tamquam generalia concilia tempore suo
congregata ab universali ecclesia quia ut de primis quatuor
conciliis loquitur Gregorius in decreto dist. XV
c. sicut sancti illa que fuerunt in illis conciliis ordinata
sive circa ea que fidei et pertinent ad actiones ordinatio-
nes et regulas ecclesiasticas tenenda sunt quod
in suis terminis sicut sancti evangelii quatuor libri et
constat evangelium a deo datum per hominem non posse
immutari sicut nec facta et acta ac modus a-
gendi in dictis conciliis possunt immutari. Et sicut
quatuor synodi principales fidei nostre plenissime
structure et de predictis aliis conciliis contentum in
decreto dicit c. canones dist. XV hec verba scilicet
si qua sunt alia concilia que sancti presules pleni
susceperint post istorum quatuor auctoritates omni ma-
net stabilita vigore quorum gesta ecclesia in hoc
opere continetur. Ecce qualiter omnia concilia predicta
sunt ab universali ecclesia approbata. Cum ergo sint approbata
per universalem ecclesiam hec XXXII concilia generalia
superius dicta ergo ab eis et per ea debemus su-
mere documenta et exempla qualiter nunc istis
temporibus et quibus modis et propter quas causas
generalia concilia celebranda tenenda ac
continuanda sunt et ideo ex predictis conciliis sequitur

multa notanda. Primum notabile est quod con-
cilia generalia debent frequentius in ecclesia dei ce-
lebrari convocari et teneri ac continuari probatur
per prefata concilia quia a tempore baptismi Christi
tum infra DC annos post quos floruit mente
dei venerabilis Beda qui ea scripsit presi-
dente in sancta ecclesia Damaso papa hyspano cir-
ca annum domini CCCLXXXII fuerunt prefata XXXII
concilia in dei ecclesia celebrata ex quo colli-
gimus quantus fuit zelus patrum antiquorum ad do-
mum dei que est ecclesia sancta et ad fidei catholice
et divini cultus augmentum et ad honestatem
ac morum conservationem ac reformationem ecclesie in mem-
bris et in capite reformationem et quanta de-
sidia tepiditas et negligentia nostra et nostro-
rum prelatorum ac patrum hiis temporibus
ad reformationem status et vite ecclesiastice
et sunt diebus istis et presertim apud summos
pontifices apud quos secundum decreta antiqua
manet auctoritas regularis convocandi concilia
et sine quorum auctoritate nisi in certis et paucis ca-
sibus non possunt generalia concilia congregari ut
habetur dist. XVII per totum et etiam quanta fuit
negligentia eorum assistentium quorum exigunt
concilia a multis retroactis temporibus quia ecclesia in-
via a tempore Clementis quinti qui prefuit ecclesie an-
no domini M° CCC V et tenuit concilium generale
in Vienna circa annum domini millesimum CCCXI
usque ad concilium generale Pisanum ultimo tentum
in quo spatio fluxerunt quasi centum
anni nullum fuit tentum in dei ecclesia generale
concilium et tamen in illo centenario fuerunt multe
hereses multa scismata multa peccata mul-
te abusiones multe tyrannie Romane eccle-
sie multe reservationes multe usurpationes facte
contra iura scripta multe symonie et multa ma-
la et quasi infinita propter que fuisset opus
multum necessaria generalia concilia in dei ecclesia ut
ipsa Romana ecclesia et apostolica reduceretur ad pris-
tinum statum et honorem et ad primam normam et ad
debitam in capite et in membris reformationem.
Secundum notabile est quod nos ad presentiam vel me-
moriam secundum exemplar et formam ac normam

predictorum XXXII conciliorum debemus quomodo ge-
neralia concilia frequentius ac frequentius ce-
lebrare et celebrari facere. Sunt enim predicta
XXXII concilia generalia fuerunt celebrata in
spatio DC annorum et tamen propter causas modicas in
comparatione causarum et malorum que nunc sunt et pro-
pter solum propter hereses tollendas et propter
errores in articulis et moribus virtuosis edifican-
dum fuerunt illa concilia celebrata ut patet
per ipsa quia multe hereses fuerunt condempnate
et multi canones decreta et regule instituti
multo magis nunc obligatur Romana ecclesia ac prela-
torum et clerus apostolica generalia congregare concilia
propter illas causas superius dictas sex scilicet propter
reformationem fiendam in membris et in capite
ipsius apostolice Romane ecclesie. Item propter tollen-
dos errores penitus hereticos. Item propter re-
ductionem scismaticorum ad obedientiam Romane
ecclesie. Item propter pacificationem omnium principum
fidei catholice. Item propter recuperationem terrarum
infidelium et presertim terre sancte. Item propter
extirpationem tirannorum et raptorum ac pirata-
rum et compatientium bona temporalia ecclesiarum
et monasteriorum et proprie Romane ecclesie ergo
multo magis debent generalia concilia celebrari
hiis temporibus propter causas sex supradictas
ad instar illorum XXXII conciliorum venerabilium
quorum actio et modus a nobis sumendus propo-
situs et per omnia scribitur ... sicut in c. sic
... dist. XV habetur expresse tenor et modus ...
observatus nobis ... qualiter a modo
... celebrationem conciliorum generalium nos habe-
re debemus unde dominus ad Moysen dixit ut haberet
expresse Exodi XXV fac secundum exemplar quod tibi
in monte monstratum est. Iste mons et modus
servatus per apostolos et sanctos presules in celebratione
conciliorum supra quem montem sive modum cele-
brandi concilia generalia debent supra fir-
mam et excelsam petram fundata esse ecclesia et
fundatur in suis reformationibus et virtuosis
decretis et constitutionibus que decreta et constitu-
tiones bonum propheta David montes sanctos vo-
cat fundamenta eius scilicet ecclesie in montibus sanctis
sunt canonibus decretis statutis conciliorum et sanctorum

conciliorum preceptis doctrinis et moribus ea agendi et exe-
cendi convocandi continuandi et ad executionem producendi
et hos montes vocat etiam Decretalis extra de elec. c. fun-
damenta predicationis. Et quamquam principes domini possunt
tores ecclesie quia prelati et patres ac viri ecclesias-
tici qui concilia proveniunt qui concilia gubernant
qui decreta et canones statuunt et dei ecclesiam in mem-
bris et in capite reformant in quibus fidei nostre
fundamenta ponuntur et hereticorum hinc errores
tolluntur. Et quod ac qualiter et quo in hac via ince-
dere qualiter vivere qualiter de peccatis penitere qua-
liter et omnes congregatos regere. Et quid agere de-
beamus certis regulis demonstratur. Tertium notabile
quod sequitur ex predictis XXXII conciliis generalibus
est quod sicut ipsa generalia concilia fuerunt sancta iusta et
ab universali ecclesia ... in eis gesta decreta statuta fue-
re et tamen in ipsis sacris conciliis fuerunt pauci viri
ecclesiastici et pauci patres ac prelati et fuerunt conti-
nuata per multa tempora. Sic anno presenti et debet
fieri quia dato quod multi vocentur ad concilia ge-
neralia et pauci viri ecclesiastici ad ea veniant
et in eis consistant ac diffiniant ordinent decreta
et statuant pro bono reformationis ecclesie in capitibus
et in membris non obstante dicta paucitate pre-
latorum et virorum ecclesiasticorum sunt quecumque in ipsis decre-
ta statuta ac mandata fuerint per eos ...
Spiritu sancto inspirata et ab universali ecclesia quia representat illa
pauca generalis synodus ... tenenda sunt a toto
clero et a populo ... tamquam si dimittus com-
munibus omnibus fidelibus transmissa probatur ista
propositio seu conclusio per concilia superius dicta et pro-
per quatuor concilia apostolorum in quibus pau-
ci fuerunt apostoli et alii credentes in Christo et tamen fuerunt
sancta iusta et approbata concilia tam a deo domino Ihesu
Christo quam ab universali ecclesia et a fide catholica. Item
probatur per illa XXXII concilia de quibus in-
dicium est scripsit Beda et fuit Gratianus mentionem
in c. Sexta synodus XVI dist. ex quorum dictorum
possumus colligi quod concilium generale qualecumque sit nunc
Basilee vel etiam in posterum non requirit in posterum
omnium episcoporum vocationem et ... predicantium seu aliorum
prelatorum aut virorum ecclesiasticorum aut regum prin-
cipum et dominorum ac aliorum secularium seu ipsorum

pauci

ambasiatorum vel procuratorum nec est necesse quod omnes vocentur aut intersint sed sufficit aliquos esse qui alios representent seu per alios omnes qui in concilio non interfuerint recipiantur et approbentur acta et gesta statuta et ordinata in eodem concilio et auctoritatem prestent eisdem sive utendo institutis illorum per approbationem sive expresse approbando sicut dicimus in lege quod post eius promulgationem firmatur in utentium more recipitur ut patet in [illegible] dist. c. leges instituuntur quia non vocatur generale concilium ratione personarum ut omnes in illo intersint sed respectu regionum quod de omni parte debent esse in eo aliqui presentes vel in [illegible] vel approbatione ut dictum est quia si approbantur a maiori parte videntur in eo consensisse quia qui per alium facit per se ipsum facere videtur quamvis approbantes in ipso concilio non fuerint. Item dicitur generalis seu synodus respectu [illegible] quod in generalibus conciliis omnes admittuntur ad quamvis proponenda pro iustitia consequenda et ad dandum avisamenta ad agendam conciliis [illegible] [illegible] ubique etiam quia vocant sacra generalia concilia est quedam vinea ubique de qua vult bibere generaliter debet quilibet fidelis ne non sinat mentem dicente Christo sicut est regnum celorum patrifamilias qui exiit primo mane conducere operarios in vineam suam quod vinea secundum Anchemum est ubique etiam que tot palmites protulit quot sanctos fideles ad nos misit O bone Ihesu custos illius vinee et quid destruis materiam illius vinee et vindemiant eam spoliat eam omnes qui pretereunt viam Omnes etiam qui sunt dati ad eius custodiam extiterunt aper de silva heu proh dolor heu doleo heu fleo singularis ferus depascit eam Domine Deus Ihesu tu nosti quod sunt illi et a toto orbe non possunt abscondi respice ergo de celo et vide et visita vineam istam et reforma eam et perfice eam quam plantavit dextera tua quia ut clare videmus non est alius qui eam reformet et eam decoret qui eam ad pristinum statum reducat nisi tu Deus Ihesus Christus Dominus noster. Item concilium dicitur generale ad differentiam provincialis et episcopalis in quibus non agitur nisi de negotiis unius provincie vel diocesis In hoc autem de negotiis omnium provinciarum et totius orbis agitur et agi debet ex quo dicitur universale generale. Ista

hec conclusio quod in generalibus conciliis non est necesse habere multos episcopos aut viros eccle-siasticos sed quod etiam pauci sufficiunt ad indicendum et continuandum concilium et ad totam ecclesiam et concordandam et reformandam probatur per illa XXVIII concilia XXVIII concilia superius dicta quod sunt ab ubique etiam quod canonizata in quibus fuerunt alii pauci presentes et prelati et pauciores fuerunt in [illegible] viri layci et ecclesiastici Nam ut dictum est in [illegible] conciliis tentis in oriente pauci vel nulli fuerunt presentes de occidente nec e converso in illis XVI conciliis tentis in occidente pauci vel nulli fuerunt presentes de oriente et tamen in utrisque conciliis fuerunt ordinati et facti multi canones multa decreta multe reformationes et statuta que hodie [illegible] ubique etiam. Item probatur quod etiam paucitas prelatorum et virorum ecclesiasticorum sufficit in conciliis generalibus ad ea perageuda et continuanda per predicta generalia concilia quia in prima synodo Niceana fuerunt CCCXVIII episcopi In secunda synodo fuerunt CL presentes de quibus decretum non dicit Quid fuerunt episcopi vel abbates vel sacerdotes In tertia synodo fuerunt CC. in quarta synodo fuerunt CC episcopi In quinta synodo fuerunt [illegible] sacerdotes [illegible] ut de v. vi. vii.

nota bene quod pauci sufficiunt in conciliis

viii. non ponit aliquis numerus nisi post quod duos ipsorum presentes congregati sub Iustiniano In X. synodo fuerunt [illegible] presentes et non plures In [illegible] synodo fuerunt [illegible] patres et non plures In XI synodo fuerunt XXVI presentes et non plures In XII synodo fuerunt patres [illegible] In XIII fuerunt presentes XXX In XIIII fuerunt presentes XXX In XV synodo fuerunt presentes [illegible] In XVI synodo fuerunt presentes CC XXVIII fuerunt [illegible] generalia concilia in partibus orientis celebrata in quibus aliqui pauci alii multi interfuerunt presentes Et sic hiis temporibus propter negotiorum maturitatem et pro illis aliis quamquam negotiis [illegible] expediendis pauci patres et pauci viri ecclesiastici sufficiunt ad celebrandum generalia concilia Unde autem illi presentes fuerunt episcopi vel prelati aut si indoctis conciliis interfuerunt pontifices Romani aut per quos fuit decretum non dicitur

Pro [illegible] personarum in conciliis

nec memini me legisse. Etiam quod sufficiunt pauci presentes et viri ecclesiastici ad tenendum generalia concilia probatur per alia XVI concilia in partibus occidentalibus celebrata quorum exemplo debet et nunc nobis occidentalibus ecclesiasticis celebrare in tota intentione et unanimi voluntate celebremus generalia concilia et primo in primo concilio occidentali non fuerunt patres nisi VI et in eo dum fuit papa Romanus In secundo concilio fuerunt presentes [illegible] In tertio concilio fuerunt presentes [illegible] In IIII fuerunt XXVIII In V fuerunt [illegible] In VI fuerunt presentes [illegible] In VII fuerunt presentes [illegible] In VIII fuerunt presentes [illegible] In nono fuerunt presentes [illegible] In X fuerunt presentes [illegible] In XI fuerunt presentes [illegible] In XII fuerunt presentes [illegible] In XIII fuerunt presentes [illegible] In XIIII fuerunt patres [illegible] In XV fuerunt presentes [illegible] In XVI fuerunt patres [illegible] certe quod in maiori parte istorum conciliorum generalium occidentalium fuerunt pauci patres de tota christianitate presentes et celebraverunt generalia concilia et instituerunt in eis multos canones multas reformationes et multa decreta que hodie approbat ubique etiam ergo hiis temporibus ad instar illorum conciliorum possunt celebrari generalia concilia cum paucis patribus et viris ecclesiasticis etiam [illegible] dist. c. Adrianus dicitur quod in generali concilio tento Rome per Adrianum primum presente Karolo magno celebrata fuit synodus a CLIIII episcopis et non pluribus et per scripturam sanctam possunt persuaderi et teneri quod pauci viri ecclesiastici etiam si non sint in numero ultra centum vel ultra XX vel ultra duos pauci possunt sufficienter generalia concilia celebrare et canones ac reformationes statuere quia ex apostolis hoc potest fieri [illegible] in numero XII [illegible] et aliis XII et hii celebraverunt quatuor generalia concilia ut supradictum est et probatur per verbum Christi dicentis Si duo ex vobis consenserint super terram de omni re quam petierint a patre meo fiet vobis ergo si duo fuerint in generali concilio unanimi con-

sensu et voluntate pro bono reformationis ecclesie catholice etiam poterunt generale concilium celebrare et continuare quia si verum est quod in unico supposito remanens totius ecclesie in gratia gratum faciens potest salvare illa sancta mater ubique etiam quam representat generale concilium et que semper fuit et est sine ruga et macula nec potest habitare in corde subdito peccatis quia nulla est conventio lucis ad tenebras secundum apostolum etiam sicut fuit de beata virgine in cuius corde passione Christi durante cum discipuli ab eo fugissent remansit tota fides catholica sicut credit et tenet fides catholica sic etiam si non sint nisi duo in generali concilio in caritate dei et gratia contenti in spiritu sancto congregati in illis salvatur totum generale concilium et est propter illos duos in spiritu sancto legitime congregatum dicente Christo ubi duo vel tres etc. ergo si duo fuerint congregati in nomine salvatoris Ihesu ad salvandum populum christianum et reformandum eius [illegible] ad virtutes et ad corrigendum de peccatis illi poterunt non solum convocare concilium immo ipsum celebrare diffinire iudicare et terminare quia spiritualis homo omnia iudicat secundum apostolum et a nemine iudicatur quia iusto non est lex posita sed propter transgressores posita est lex ergo illi duo boni et iusti poterunt alios iudicare et reformare qui sunt in ecclesia mali et perversi et si dicatur et ponatur casus quod omnes illi qui sunt in concilio sint mali et in peccato mortali ergo spiritus sanctus non est in isto concilio nec est tunc congregatum in spiritu sancto quia spiritus sanctus secundum Salomonem disciplinae effugiet fictum et eloquentiae nec est participatio lucis ad tenebras secundum apostolum dicendum et tenendum secundum fidem catholicam et secundum legem Christi casum istum esse impossibilem et non est admittendus ullomodo quia sicut filius dei Ihesus Christus naturam humanam quam semel assumpsit nunquam dimisit sic etiam sanctam catholicam quam supra se petrum edificavit et in suam sponsam suscepit nunquam dimisit nec divortiavit quin ymo semper cum ea fuit et suam sanctitatem casto pudore custodivit [illegible] in eloquio ipso dicente ecce ego vobiscum sum etc. quod verbum evangelicum non esset verum si omnes christiani essent in peccato mortali collective et ita ille casus nullo modo est admittendus

Concluditur ergo evidenter ex predictis quod non requiritur assistentia vel presentia Romani pontificis seu aliorum prelatorum cum in generalibus conciliis quia non dicuntur decreta in preteritis conciliis quod interfuerint in multis ex eis papa Romanus vel omnes alii prelati sed sufficit ut dictum est quod sint ibi aliqui presbiteri et doctores et aliqui viri ecclesiastici et seculares qui ea que disponunt videant et approbent et reforment ut dictum est. Quartum notabile ex preteritis conciliis scilicet et est quod si in statuendis decretis concilii generalis esset inter presidentes et assistentes concilii aliqua discordia seu differentia quod tunc concilium potest ex uno presidente vel uno episcopo vel uno doctore seu certo uno eligendo qui illa decreta statuenda valeat ordinare precedere et disponere et auctoritatem accipere de communi consensu concilii generalis. Patet hoc notabile quia dicitur in predictis conciliis tales fuerunt synodus tot patrum qui tot canones instituerunt quorum auctor fuit episcopus talis vel talis etc. Concluditur ergo quinta pars huius tractatus qui vocatur gubernaculum conciliorum quod magna est hiis temporibus necessitas congregandi et convocandi ac continuandi generalia concilia et presertim propter reformationem ecclesie in capitibus et in membris et propter illa sex superius dicta firmanda et perficienda.

Sexta pars huius tractatus querit et investigat qui sunt illi patres et prelati qui ad concilium venientes debent in eo presidere diffinire et declarare et vocem in eo habere. Ista questio a me paupere doctore querebatur cum interrogationi cum timore et tremore respondendo dixi quod plures consideravi et opiniones secundum diversos doctores in eorum libris inveni. Prima enim opinio dicit quod soli episcopi archiepiscopi et patriarche cum ipso Romano papa debent voces diffinitivas in conciliis habere et decreta statuere ac declarare. Alii dicunt de secunda opinione quod solus papa cum cardinalibus suis debent in conciliis diffinire statuere et ordinare. Alii de tertia opinione que verior est dicunt quod non solum papa cum cardinalibus et patriarchis archiepiscopis et episcopis sed etiam abbates et in dignitatibus constituti quicumque et curati et presbiteri et clerici ac layci quicumque debent in sacris conciliis diffinire declarare statuere ordinare [illegible] dicere et declarare ecclesiam apostolicam in membris et in capite seu capitibus eiusdem reformare et [illegible] parte. Primum de prima opinione probant suam intentionem multipliciter ex scripturis ex canonibus sive ex consuetudine et ex ratione ac generalibus conciliis preteritis. Dicunt enim primo opinionem ipsorum esse legitimam et iustam et ex scripturis probant primo ex scripturis primo ex legis [illegible] in qua deus mandavit moysi et aaron fratri suo dicens: Provide tibi ex omni populo viros prudentes et sapientes in quibus dei spiritus inhabitet qui populum debeant iudicare et regere etc. [illegible] ad iudicandum populum per quos iudices sufficienter dictum ac episcopi et ipsorum superiores qui super alios debent intendere et eos arguere observare et increpare ut scribit apostolus ad thymotheum. Tertia in textu novo [illegible] dominus ihesus dominus in hoc voluisse quod in conciliis generalibus episcopi et ipsorum superiores alios debeant reformare iudicare diffinire et declarare. Unde ipso querenti petro ab eo dicente: Ecce nos relinquimus omnia etc. quid ergo erit nobis, et dixit: Amen dico vobis quod vos qui reliquistis omnia etc. Ergo sicut in generali iudicio debent apostoli iudicare et diffinire in generali concilio et episcopi qui succedunt in loco apostolorum in universali ecclesia patet per [illegible] dist. c. In novo. Et sicut de ipsis apostolis [illegible] tatur in dei ecclesia vos sedebitis [illegible] et per [illegible] mundi [illegible]. Ergo hii asserunt quod soli episcopi debent presidere in conciliis et diffinire conciliorum statuta. Item illi soli debent in conciliis presidere voces habere et diffinire qui possunt ligare et solvere sed soli episcopi dicuntur apostolis quorum loco successerunt [illegible] est in textu. Et quicumque ligaveritis super terram erunt ligata et in celis et quicumque etc. Ergo soli episcopi debent in generalibus conciliis declarare reformare statuere et ordinare ecclesiam in capite et in membris. Item probant ex canonibus et summis doctoribus hec opinio quod Innocentius in c. grave extra de preben. querens qui sunt illi qui sunt vocales in conciliis generalibus dicit quod soli episcopi habent vocem diffinitivam in conciliis generalibus et quicumque alii ibidem existentes habent vocem expositivam ut querelas suas ibi proponant et iniuriam conquerantur ut sunt [illegible] et doctores proprios unius canonici in generali concilio est vox quedam diffinitiva que habet boni et utilitatem diffiniendi et statuendi et est ibi vox consultiva quam habent doctores et huiusmodi viri presertim instructi in iure divino et canonico et in institutis ecclesiasticis et illos addere in conciliis opportunissimum est tamen eorum consilium illi qui habent vocem diffinitivam non tenentur quia iste qui habet agere cum aliquorum consilio illud non tenetur sequi extra de elec. [illegible] in veteri et de ar. [illegible] olim etc. Ibidem vox expositiva que est omnium ibidem existentium indistincte qui querelas et causas litigiosas huiusmodi vel exponunt aliqua aut dicunt [illegible] non nulla super quibus petunt per concilium provideri. Ista autem nec habet vocem in diffiniendo nec in consulendo sed [illegible] eorum expositis verbis vel scriptis habent a concilio discedere et soli diffinitores et consiliatores remanere. Non enim vocatur generale concilium [illegible] personarum ut omnes in illo interfuerint ut dictum est sed respectu regionum et nationum quia de omni parte debent ibi esse aliqui vere vel reputative vel approbative. Etiam dicitur generale ad differentiam provincialium et episcopalium in quibus non agitur nisi de negotiis unius provincie vel diocesis. In hoc autem de regionibus omnium provinciarum totius orbis. Restat ergo concludendum solos episcopos et eorum superiores habere vocem diffinitivam in generalibus conciliis et superiores inter patriarchas primates archiepiscopos ac summum pontificem quia omnes tales sunt episcopi consecrati et papa etiam se vocat episcopum in suis litteris apostolicis. Ergo omnes tales in quantum episcopi habent vocem diffinitivam et constitutivam in sacris conciliis et sic dico de dominis cardinalibus qui sunt episcopi quoniam pares sunt in ordine et in aliis quod ipsi in conciliis imperfecto tempore consecrationis et attentis eorum dignitatibus et prerogativis habent voces diffinitivas et declarativas tam quo ad sedem quam quo ad votorum emissionem quam ad quatuor subscriptiones. Duos autem cardinales presbiteros et dyaconos cum protestatione fateor ex antiquo usu esse ad voces et vota et subscriptiones ac locum et deputationes admittendos et recipiendos licet inferiores sint ipsis episcopis dignitate et ordine ut dicitur textu et glosa ij. q. vi. c. quia quam. Vel potest dici quod debent admitti in conciliis cardinales qui non sunt episcopi ad assistentiam et accessum seu ad consilium tamen ut infra dicetur de abbatibus quia ius divinum naturale et incommutabile corrumpi non potest nisi de facto seu usurpatione et tollerantia et quod ista vox diffinitiva et constitutiva ad solos episcopos pertineat probat textus expresse de con. dis. c. placuit. Ergo ubi habetur in ipso decreto condito per episcopos in concilio quod quicumque asserit quod [illegible] si non [illegible] etiam [illegible] morti obnoxius anathema sit hoc enim decreverint dicit textus et constituerunt et statuerunt episcopi ergo tunc ad eos solos episcopos pertinebat habere contrarium autem non et tunc aliis non constituentibus et decernentibus decretum nullum fuit. Sed tamen ibi ponitur per [illegible] decreto et faciente ius etiam quod soli episcopi debeant voces habere diffinitivas in sacris generalibus conciliis. Tertio probatur ex antiqua consuetudine que est legum et iurium optima interpres. Usque enim ad tempora generalis concilii pisani quod fuit Anno domini m° cccc° ix° vel x° in quo fuit electus ille splendens in sancta [illegible] de ordine minorum frater petrus de candia sacre theologie profundissimus magister per tunc cardinalis vocatus alexander papa v. semper in conciliis generalibus fuit consuetum quod soli episcopi et ipsorum superiores haberent voces diffinitivas de alio autem statu quorumque nullus [illegible] nec miscebatur saltem quo ad diffiniendum statuendum quod luce clarius patet primo de quatuor conciliis apostolorum superius dictis per que clarissime constat quod apostoli qui soli erant episcopi convocabant multitudinem credentium qui convenerunt in unum et non petebatur consilio a multitudine sed solis

ab aplis et senioribus quod manifestius est patz act. xv. ubi est discussio votorum et constitutio de cretorum soli apli et seniores scribebant et loquebantur et diffiniebant ut patz ibidem per epistolam missam anthiochiam in qua dicitur apli et seniores fratres hiis qui sunt anthiochie etc. ipsi ergo epi qui erant apostoli auctoritatem prestabant suis conciliis et non inferiores nec multitudo credentium que ibidem conveniebat ergo ad inferiores nullo modo pertinet suas voces dare in conciliis nisi ut dictum est per modum consultationis seu assistentie vel alia de causa cum autem fuerint epi presbiteri et seniores qui in hoc aplis adiuncti narrantur constat illos esse et fuisse epos et non alios probatur nomina enim epi presbiteri seniores et maiores natu sunt et erant tunc synonima de hoc habes expressum textum ad tit. i. ubi paulus scribens tito inquit reliqui te crete ut ea que desunt corrigas et constituas per civitates presbiteros sicut ego tibi disposui constat enim quod per civitates non constituuntur simplices sacerdotes sed in particularibus prochiis in civitatibus autem epi archiepi et primates per aplos eorumque successores positi sunt secundum urbium et civitatum excellentiam auctoritatem et magnitudinem in castellis vero et locis particularibus nunquam fuerunt positi epi neque poni debuerunt sed curati inferiores ut hic habentur expresse lxxx. dis. c. urbes et c. in illis et c. epi et per totam distinctionem viii. secundum ad eandem et habetur xcv. dis. in c. legimus eosdem esse epos quos scriptura presbiteros nominat nomen enim senioris est sinonimum istis quod satis probat textus primo allegatus act. xv. et cum textus iste primo dixisset paulum et barnabam pro determinatione questionis pendentis venisse ad aplos et presbiteros cum determinatio fienda textus ille vocat eos scilicet aplos et presbiteros seniores quantum ad dictam diffinitionem et sententie prolationem quos primo vocaverat presbiteros et eciam quos hic textus vocat presbiteros et seniores paulus vocat maiores natu etiam ut hic act. xx. et de hoc est textus cum glosa interlineari xcv. dis. c. legimus igitur ubi textus qui est ysidori libro de vita clericorum docens qualiter inferiores se debent habere ad epos ubi inquit

senioribus quoque debitam prebeant obedientiam neque iactantie studio semet ipsos attollant et glo. ibi senioribus i. prelatis aliqua glo. habet episcopis quod idem est quia licet aliqui gradus sint medii inferiores quam platorum nomine in cipiantur alii abusive scribant epi et superiores eos sunt absolute et proprie prelati quia prelatos eos cum soli epi et non alii habeant curam animarum decretum xxv. q. et dict. limitatum infra quia de iure tam ex primaria institutione conc. subditi constituti sunt immediate subiecti ipsis episcopis in omni iurisdictione spirituali contentiosa simpliciter et nullus alius eis inferior hoc habet generaliter et multi alii sunt vere prelati nisi dicta abusive et ex consuetudine et ideo epi dicuntur ordinarii necnon respectu personarum sed eciam territorii deputati ad quod facit ff. de ver. sig. l. pupillus ergo cum textus preterea xcv. iste de ordinibus conciliorum non potest intelligi de loquens de senioribus non potest intelligi ipsis episcopis abbatibus vel aliis inferioribus ipsis epis quia eo tempore non erant aliqui religiones que post longo tempore supervenerunt et ideo dictos textus et glo. oportet intelligi de ipsis epis sequitur concluditur quod in illis conciliis quatuor apostolicorum supradictis ipsi apli qui erant epi et alii epi facti per diversa loca indicerunt cum ipsis aplis et habuerunt vocem in conciliis sequitur per hoc quod soli epi habent voces diffinitivas in conciliis ex consuetudine illarum xxviii. conciliorum supradictorum in quibus semper sunt conflictus si bene inspiciatur quod soli epi prefuerint indicerunt et determinaverunt in conciliis et vocem diffinitivam habuerunt clarum in primo concilio niceno celebrato tempore silvestri pape fuerunt iii. c. xviii. epi congregati qui de fide catholica celebraverunt et heresim arrii extirpaverunt et condemnaverunt et prout dicitur in libro conciliorum papa tunc silvester posuit omnes episcopos quod cum episcopis et cum diaconibus in sinodo quod intelligendum est infra quidam ambitum intellige vere quod multi alteri fratres erant esse imperator vero constantinus sedebat ex opposito et presbiteri cardinalium dyaconum et ceteri et ceteri clerici romani qui tunc sic vocabantur clericus urbis esse

erunt contra ambitum stantes pedes et retro epos sedentes et eos aliqui qui autem esset illi presbiteri romani dixerunt in aliquam cardinales ubi sunt factus iste tractatus qui vocentur generalis conciliorum quod tunc presbiteri et dyaconi romani erant cardinales licet tunc illo nomine non vocarentur sed salva reverentia eorum licet ut poni non potest esse verum quia ante tempora illa nominarentur cardinales ut ponit cronica martiniana et ita cardinales erant ante illud concilium saltem per duos annos et sic ad quod sciendum est quod alii cardinales instituti credebant omnes communiter quod fuerunt instituti ad baptizandum venientes ad fidem et ad sepeliendum fideles christianos qui moriebantur in urbe vel martirizabantur pro christo nec invenitur lege in aliquo libro autentico aut apud aliquos historiographos aliam institutionem statum de cardinalibus nisi illa quod autem invenitur hanc assistentiam pape et prerogativas quibus utuntur non memini legisse nisi de electione pape xxiii. dis. c. in nomine domini et aliis aut prerogativas huiusmodi tollerantie et non per modum institutionis ab ecclesia facte sed ergo in illo concilio erant cardinales illi presbiteri et dyaconi quod stabant retro epos constat quod illi non presidebant nec erant intra sinum pape sed soli epi sed cum non erant cardinales dicuntur in filii cardinalium qui tunc erant facti per marcellum erant enim prerogative et dignitatis sicut sunt isti quantum ad istas prerogativas et dignitates et sicut consulibus quibus sunt isti tunc qui statum cardinalium in romana curia existentium instituunt et de hoc dicam alibi dico tamen breviter quod licet prerogative super omnes patriarchas et platos non inveniuntur specificie tamen rationabiliter aliquos debent in dei ecclesia preeminere quia in sunt in possessione eligendi papam ut patet de elec. licet et eodem titulo c. periculum l. vi. et quod eos spectat omnia que sunt ad electionem spectantia ut non de elec. ut presente et c. ex cupientes ita quod ad electionem pape quia sunt dei ecclesia et populum reformare decorare fidem quod eam conservat et defendere ac gubernare et talia spectant

tant ad cardinales merito ergo sunt honorandi item quia in hiis que concernunt electionem pape et gubernationem ecclesie collegium cardinalium reputatur velut ecclesia quod non teneant concilium et omnes vires sumunt lxxix. dis. c. nullus et in glo. ergo merito super alios pastores habent suas prerogativas item sedes apostolica consistere esse ecclesia romana quia romana ecclesia non censetur esse solus papa sed ipse papa cum cardinalibus qui sunt pars corporis pape seu ecclesie apostolice que constituitur ex papa tamquam ex capite et ex cardinalibus tanquam ex membris arg. vi. q. ut benedictus ex consensu et de penis l. vi. c. felicis et de sacra unctione et de ele. missa. de ultima ergo sicut caput debet honorari reverenti et timeri ac diligi ergo sua membra modo consimili sed de hoc dicam alias si vixero constat ergo quod in illo concilio niceno nulli alii quam epi indicerunt et per epos fuit diffinitum ut habetur in decreto c. canones xv. dis. c. per hanc ubi dicitur contra regulam patrum qui hoc in niceno concilio statuerunt ex quo sequitur quod si alii quam epi cum eis statuissent hoc decretum dixisset item probatur quod in aliis septem conciliis supra dictis et de quibus tractatur xvi. dis. supra et etiam de aliis octo conciliis temporibus in partibus orientis que dicunt generalia xvi. dis. c. septima soli epi prefuerint et diffinierunt licet est verum quod in aliquibus conciliis celebratis in oriente tunc vel post legi alii interfuisse presbiteros et dyacones romanos et sub titulis quos nunc tenent cardinales vocati et ego aliquos epos legi fuisse sub titulis quos hodie tenent domini cardinales qui sunt epi et in illis conciliis generalibus sub ordine sedendi et subscribendi generabantur ac textus sunt sed papa erat presens in eis ipse presidebat ipso vero absente sedebat primus et presidebat antiquior episcopus etiam si non esset cardinalis et presbiteri illi legati pape missi pro eo ad concilium et inter omnes epi sedebant secundum prioritatem consecrationis sicut in primatibus et archiepiscopis semper super epos dato loco superiori et si ibi erat aliquis cardinalis qui esset epus consecratus nullo habito respectu ad suum cardinalatum sedebat in loco suo et subscribebat secundum ordinem sive prioritatis seu consecrationis presbiteri autem omnes epos et ad partem sedebant et subscribebant domini presbiteri romani

qui erant sub illis titulis quos nunc habent dicti
Cardinales presbiteri et dyaconi de alio autem statu quo-
rumque nullus intererat nec conscribebatur saltem quo ad dif-
finiendum vel statuendum et posset etiam dici quod pres-
biteri et dyaconi cardinales admittebantur ad quen-
dam assistentiam et non ad diffiniendum nec propter
hoc erant vocales sicut dicebatur quod in electione
pape clerus et populus ad consensum none electionis
accedebant et non ad eligendum xxiii dist. c. in nomine
domini ergo ille modus est inviolabiliter servandus
cari per intencionem dantis non tamen
possunt eis applicari quantum ad eum papa
qua ordinate sunt indulgencie
valere. Similiter quantum ad illos qui
subiciuntur iurisdictioni sue secundum meritum
sacramentale non solum illi sunt de foro
ecclesie qui saluantur et qui decedunt
in caritate ad purgatorium que de
lege que sunt de foro ecclesie militante

per graciam sacerdotis vnde super illo verbo
apostoli i Cor. v. quid michi de hiis
que foris sunt iudicare nonne de hiis
que sunt intus iudicamus nam eos que
foris sunt iudicabit deus dicit glossa quia
iudicare de hiis que sunt extra eciam
prelati ecclesie non est concessum quia ergo
multi possunt esse in purgatorio et
forte sunt qui non fuerunt de foro
ecclesie militantis dum viuerent sed in
merito eos deus saluos fecit per
suam graciam quam sacramentis ecclesie non
alligauit vult tamen eos deus purga-
re in purgatorio secundum temperacionem
sue iusticie quantum ad tales qui non
subiciuntur iurisdictioni pape secundum meritum
sacramentale concessio indulgencie non
habet locum ita quod puto quod duo genera
personarum esse in purgatorio vel saltem
posse esse que pape non subiciuntur iurisdictioni et
... pape et quibus indulgencie
applicari non possunt per papam quantum
ad satisfaccionem pene. Primo illi qui
carent merito condicionali ut quia ca-
rent illis qui pro eis faciant illa
papa que ordinate sunt indulgencie
valere. 2o illi qui carent merito sacramenta-
li ut qui saluati sunt preter
communem legem et preter graciam sacramentorum
vnde tales enim sic de merito saluantur
a deo per graciam dei sacramentis non alliga-
tam immediate a deo premiantur
et a pena purgatorii relaxantur
secundum temperacionem sue iusticie preter istos
ergo duos gradus personarum quantum
ad omnes alios puto quod papa potest
purgatorium expoliare. Et illud
probatur tali racione. Papa potest omnem
penam tollere per satisfaccionem et
concessionem indulgencie in quibus
potest uti clauibus ecclesie et dico per
concessionem indulgencie quia papa potest
uti clauibus ad remissionem peccatorum duplici
primo mediante sacramento ut baptismo vel

confessiones audiendo 2o modo sine sa
cro ut indulgencias faciendo et suff
ragia conferendo In primo casu tamen
pt quantam potestatem dedit deus sacerdoti sacri quod
non melius datum sacramentum a meliori aut
deterius a peyori vel minori quia secundum augustinum
per diversos ministros dei munus equale
est In 2o vero casu tamen sacerdos tantum pt quanta pota
tem dedit deus officio de qua potestate scribitur
matthei xvio Tibi dabo claves regni celorum
Et isto namque modo sacerdos pt per quandam
indulgentiam omnium illorum penam tollere
in quibus pt uti predictis clavibus
ecclesie in omnibus qui sunt in purga
torio subiecti iurisdictioni sue Quantum ad
minimum considerandum quia omnes clerici habent
per eis aliquos qui faciunt pro eis post
mortem illa sacerdos quia ordinatum est indul
gencias valere et quantum ad minimum
sacramentale quia omnes clerici ecclesie fuerunt
milites et salvati sunt secundum communem
gratiam sacramentalem id est omnes perceperunt stipen
diari thesauro ecclesie Sequitur ergo quantum
ad omnes predictos quod sacerdos possit pur
gatorium spoliare loquendo de potestate
ipse primo quantum ad absoluta con
iurisdictionem videtur esse dicendum quod sacerdos possit
purgatorium spoliare quantum ad omnes
qui subiciuntur iurisdictioni sue id est loquendo
vero 2o de tali potestate quantum ad eius
ordinatam executionem puto quod sacerdos a
non pt ut dicitur ad illud probatur tribus
rationibus prima est talis potestas sacerdotis ius
ta et rationabilis non reducitur nec debet
reduci ad actum per voluntatem affectam
sed per rationem Sed si talem potestatem
sacerdos reduceret ad actum ut quod totum pur
gatorium spoliaret non esset in temperan
tia sed potius voluntaria affectio
ergo tali temporanea potestate sacerdos non pt nec
debet Secunda est talis sacerdos illud pt
vero usu clavium et ordinaria ac
temperata potestate quod facit potestate non
excedente et clave scientie non errante

sed si totum purgatorium expoliaret
esset excessus potestatis et error scientie
quia non esset iusta et rationabilis cum ut dictum
est ergo temperata et rationabili potestate illud non
pt nec dicitur Tercia est talis temporanea
rationalis potestas thesauri ecclesie non est aperi
endus nisi militibus ecclesie et illud
dum tamen rei publice quia sic
videmus quod thesaurus temporalis non
dispensatur nisi militibus pro republica
sic thesaurus spiritualis laborantibus
aperire non dicitur nisi per utilitate ecclesie ergo multi
sunt in purgatorio qui non fuerunt
milites ecclesie militare secundum communem legem
et secundum gratiam communem sacramentalem nulla
sunt similiter qui errant illis qui
faciant pro eis penitentia ad utilitatem
ecclesie pro qua ordinatum est indulgen
tias valere ergo potestate temperata et
ordinaria talibus thesaurus ecclesie
aperiendus non est Sed loquendo 3o

Fortis armatus custodit atrium suum, ver
ba sunt redemptoris nostri nunc preveniente
sanctissima scripta originaliter referente luca evan
gelista capitulo xi sui evangelii.

Doctrina sine adiuvante gratia patres mei
doctissimi quamvis insonatur auribus ad
cor numquam descendit, foris quidem perstrepit
sed interius nichil proficit, tunc autem dei
sermo infusus auribus ad cordis intima per
venit quando dei gratia mentem interius ut
intelligat tangit Sicut enim quosdam spiri
tu caritatis sue deus illuminat ut vitali sa
pientie sic quosdam turpentes deserit ut sine
sensu persistant plerique in acumine intelli
gendi multos excedunt sed loquendi inopia an
gustiantur quidam vero utrisque pollent
quia sciendi copiam et dicendi efficaciam
habent Sed ubi queso per hec doctrina ubi sed
gratia ubi hec scientia profecto ex quo fonte
continuo omnium est mare virtutum gratie doc
trine et omnium scientiarum dominus ihesus christus quia
dominus virtutum ipse est rex glorie sed et non
omne tamen idem ipse scientiarum dominus est cotidie
nam omnis inspirata devotio Bernardus cordis munditia
voluntatis rectitudo ex illo fonte ma
nant, si quis pollet ingenio, si quis intel
ligentie eloquio, si quis moribus placet
inde est inde scientie inde sapientie sermo
sunt siquidem sapientie et scientie ibi sin
omnes absconditi thesauri ecce casta consilia iusta in
dicia sancta desideria rivuli fontis illius sunt
sed copie aquarum secretis subterraneisque re
cursibus incessanter equora repetunt ut inde
rursus ad visus usque nostros iugi et incessa
bili erumpant obsequio et tamen non enim cum spiri
tualia cum ut eius menti regiones non desi
stunt proprio fonti sine fine et sine inter
missione reddantur/ sed non dubium est cum filium
laudamus et honoramus/ ad gloriam matris sue
virginis non credimus nam iuxta salomonem
filius sapiens est et gloria patris quanto
magis gloriosissime matris/ ipsius est scripta
Ad hanc ergo mediatricem virginem
gloriosissimam pro gratia impetranda filii sui im
petranda recurramus dicentes mente devota Ave
maria etc.

Sepe namque patres mei collendissimi ac

cidit quod gregis domini rectores et pastores improvidi
humanarum amicitiarum gratiam formidantes loqui li
bere verum pertimescunt et iuxta veritatis vocem
nequaquam iam gregis custodie pastorum studio sed
mercenariorum vice deserviunt quia veniente lupo
fugiunt sed dum sub silencio se abscondunt, hinc namque
eos per prophetam dominus increpat dicens canes mu
ti non valentes latrare hinc rursum queritur
dicens non ascendistis ex adverso nec opposuistis
murum pro domo israel ut staret in prelio in die
domini Ex adverso quippe ascendere est iuxta melli
fluum gregorium in 4o capitulo sui pastoralis et alii
dicit scilicet rector pro defensione gregis voce libera
huius mundi potestatibus contraire et in die domini in prelio
stare est pravis decertantibus ex iustitie amore
resistere pastori enim recta timuisse dicere quid
est aliud quam tacendo terga prebuisse qui in
murum se pro grege se obicit murum pro domo
israel hostibus opponit hinc rursum delinquenti
populo dicitur prophete tui viderunt tibi stulta et
falsa nec aperiebant iniquitatem tuam ut te ad pe
nitentiam provocarent prophete quippe in sacro elo
quio non numquam doctores vocantur qui dum fugi
tiva esse presentia indicant que sunt ventura
manifestant quos divinus sermo falsa videre
redarguit quia dum corripere culpas metuunt
incassum delinquentibus promissa securitate
blandiuntur qui iniquitatem delinquentium neque
quam aperiunt quia ad increpationis vocem con
ticescunt Aperiende siquidem et corrigende sunt
culpe delinquentium hoc proprie sacratissimo tempore
quia sicut antiquus hostis cum capite et redemp
tore nostro singulare certamen inhiat summe
potissime in tempore hoc acceptabili diebusque sa
lutis spiritualis cum quolibet nostrum inhiat conflic
turus quod pulcherrime dicit leo papa sermone
O anima christiana vigilandum tibi salutis tue adver
sarius fuit ne ullus pateret locus temptationum
insidiis sed nunc tibi maior cautior et sollicitior
est adhibenda prudentia quando idem hostis tuus
acriori sevit invidia nunc enim in toto mundo po
testas ei antiqua dominationis aufertur et ab hiis
que possidebat excluditur fremit ergo spo
liati hostis impius furor et querit lucrum no
vum quia ius perdidit antiquum captat id est
fessus et pervigil si quas reperiat oves a sacris

gregibus negligenciis evagantes quas per illa
voluptatum per diversa inponere industria mortis
inducat inflammat itaque iras mittit odia acuit
cupiditates irridet continentiam mutat gulam
et sic his omnibus fidelibus toto tempore regnans
omnibus instantius adversus tamen dyabolum tantum
dum bellum durissimum indictum sit ut certando legitime
coronam de manu domini regum se decoris
post huius miserie miolatum(?) mereatur accipere
potissime tamen hoc tempore quadragesimali
quo in sacratis fonte baptismatis maxime
dyaboli temptamenta cessantur quia victoria
est ei magis exoptata de sanctis ipsis certamina
acriora parantur nam salvatore nostro teste
ut instruunt nos hodierna (?) lectio evangelii
adversarius noster dyabolus assumit septem
spiritus nequiores se ut fortis arma diripi-
at unde omnibus nobis necesse est arma illa spi-
ritualia assumere que strenuissimus dux et miles
christiani exercitus paulus enumerat quorum quedam nos
illesos servabunt ab ictibus temptacionum sicut
sunt castitatis scutum fidei et lorica iusticie quedam
dam autem in adversarium invicem sunt sicut sunt
gladius verbi dei et taronum(?) iacula quibus golias
deicitur ac adversarius fortis armatus supe-
ratur Et propter premissa aliqualem mencionem fa-
ciendo de virtute fortitudinis oportebit arbitror
primo non nulla eiusdem fortitudinis que in ar-
tibus bellicis sive in bello materiali geritur bre-
vissime tangere et tandem secundario modos va-
rios nostri antiqui hostis impugnantis premitte-
re et eiusdem impugnantis sive temptacionum vi-
brates(?) interserendo et iacula quibus ipsum spiritua-
liter debemus subiungendo de isto premisso bello sive
certamine spirituali sermonem claudere.

Virtus siquidem fortitudinis que moralis et
cardinalis circa ea in quibus precipue versatur vi-
ta humana sicut hostium in cardine vertitur
medium tenet inter audacias et timores non equi-
distancie sicut in puncto circuli respectu circumfe-
rencie circuli nec medium participacionis sicut
in temperato respectu calidi et frigidi nec medium in-
clusionis prout sunt domus que sunt in medio et inter
muros cuiuslibet civitatis tenet hoc medium per
abnegacionem inquantum abnegat sua extrema sed

audacias et timores habet sive circa sed ter-
ribile quia circa maxime terribilia sed habet
ut circa mortem que est maxima omnium terri-
bilium sed quia paucissimi sunt fortes vera forti-
tudine consequenter ponendam fore iusto fortitudi-
nem similitudinariam que vere fortitudini
in aliquo assimilatur sed quam similitudinariam
maior numerus fortium reperitur primas quidem
species similitudinarie fortitudinis sunt ut dicit
aristoteles in tercio ethycorum civilis sive po-
litica 2a militaris tercia furoris quarta
spei quinta ignorancie prima siquidem fortitu-
dinis politice sive civilis tres sunt gradus
quorum primus est illorum qui sustinent pericula
ut vitent obprobria et increpaciones sive
leges timidis infliguntur et adipiscantur ho-
nores qui eciam secundum leges civiles fortibus so-
lent exhiberi hii tales non sunt fortes simpli-
citer fortitudine sed sunt fortes in primo et alio
ori gradu fortitudinis politice hec autem for-
titudo similis est et propinqua vere fortitudini
nam sicut verus fortis operatur propter bo-
num virtutis sic et fortis politicus agit propter vi-
tandam(?) que est timor de turpi et propter desi-
derium boni honesti honor enim quem fortitudo
politica querit est quoddam testimonium ho-
nestatis et cum hoc est bene quod legitur de iuda
machabeo qui cum circumstantibus suis a(?) te mo-
neretur ut fugeret respondit dicens absit a
nobis ut fugiamus ab eis et si appropiavit tem-
pus nostrum moriamur in virtute propter fratres
nostros et non inferamus crimen glorie nostre
primo machabeorum ix capitulo et videlicet terribilia sive
fortes omnibus est differencia enim quia hic quod fortis po-
tes verus operatur propter virtutem fortis politicus pre-
tiens(?) propter honorem qui est signum et quoddam premium
virtutis 2us gradus fortitudinis politice
est eorum qui timore alicuius pene pugnant ut quia
principes interdum puniunt fugientes a bello ve-
rior autem est iste gradus primo nam in primo pu-
gnatur propter vitandum opprobrium turpitudi-
nem et adipiscendum honorem et in hoc propter vitandum
tristem sed penam 3us gradus huius fortitudinis
est cum aliquis pugnat propter necessitatem inminentem

vel interdum sic quia duces bellorum ponunt il-
los qui fugiunt vel quia exercitum circumdant
fossis vel muro hii tales fugerent si possent sed
propter necessitatem imminentem pugnare dicuntur
fortes in tercio gradu politice fortitudinis
non enim pugnant quia bonum sed quia necesse
sunt est secunda species similitudinarie forti-
tudinis dicitur militaris hec enim est quando
aliquis actus qui videntur fortitudinis propter
experienciam armorum sunt aliqui milites sic ex-
perti in armis quod multa que aliis hominibus in-
expertis viderentur terribilia illos non terrent
isti videntur fortes quia sustinent ea que aliis
terribilia essent sed cum ad eum statum res devenit
quod experiencia non sufficit discedunt fortes
vero politici non sic sed in periculis moriuntur
Nam fortis politicus potius eligit mortem
quam turpiter ad vitam evadere militaris
autem econtra preponit turpem vitam morti hec
est tercia fortitudinis similitudinarie species est
que provenit ex furore qui non sumitur pro
insania sed pro fervente et magna ira quia
sicut bestie fere cum vulnerantur vel vul-
nerari se timent ex impetu furoris impulse
irruunt in homines sic interdum irati homines in mag-
nis periculis impetuose ruunt fortes autem veri
non sic sed ex electione cum magna animi vir-
tute pericula sustinent Unde homerus dicebat
fortitudinem immittere sed furori hoc est ut furor
regatur virtute cum virtus non est sermo(?)
furori sed furor virtuti Ideo licet furor coadiu-
vat ad fortitudinis actus sed prima causa digna(?)
tales habentes fortitudinem isto modo non dicuntur
fortes qui operantur et querunt aliquem finem
vel vindictam irati enim solent vindictam deside-
rare quarta species similitudinarie fortitudinis
est cum aliquis propter solam spem victorie for-
titer agit et sicut fortis non est ille qui ex ira
operatur sic nec ille qui propter solam spem
victorie agit Quinta fortitudinis similitudinarie
species est que dicitur ignorancie ut quando aliqui ag-
grediuntur pericula ignorantes et hii tales de-
teriores sunt fortibus propter spem Isti omnes simi-
litudinarie estimantur fortes quia operantur
aliquos actus similes actibus fortitudinis non

tamen sunt vere fortes ut prehabitum est nec eorum actus
premissi sunt actus vere fortitudinis Cum ergo di-
cam actum principaliorem vere fortitudinis procul
dubio principalior actus vere fortitudinis est susti-
nere id est immobiliter sistere in periculis mortis
propter bonum virtutis vel pro fide catholica et prin-
cipalior actus fortitudinis est in sustinendo quam
in aggrediendo quoniam ut dicit aristoteles in
tercio ethycorum fortitudo magis est circa timores
comprimendos quam circa audacias moderandas
difficilius est enim timorem reprimere quam audaciam
moderari eo quod ipsum periculum quod est obiectum
audacie et timoris de se confert aliquid ad re-
pressionem audacie sed operatur ad augmentum
timoris aggredi autem pertinet ad fortitudinem
secundum quod moderatur audaciam sed sustinere sequitur re-
pressionem timorem et ideo principalior vere for-
titudinis est sustinere in periculis positus quam aggre-
di nam virtus est circa difficile et difficilius est
sustinere quam aggredi triplici racione prima
quia sustinere videtur quis ab aliquo fortiore
invadente qui autem aggreditur invadit per modum
fortioris et difficilius est pugnare cum fortiore quam
cum debiliore 2a quia qui sustinet iam sentit pe-
ricula imminencia sed ille qui aggreditur habet ea ut fu-
tura difficilius est autem non moveri a presentibus
quam a futuris tercia quia sustinere importat
diuturnitatem temporis sed aggredi potest quis ex
subito motu difficilius est quem diu manere immo-
bilem quam subito motu moveri ad aliquod
arduum Unde philosophus dicit in tercio ethycorum
quod multi sunt prevolantes ante pericula in ipsis autem
discedunt fortes autem econtrario se habent et
in bellicis actibus sive propter bonum virtutis sive
pro fide catholica sive pro salute rei publice
quia cum fortitudo sit virtus ad cuius racionem pertinet
quod semper tendat in bonum consequens est ut homo
pericula mortis non refugiat propter aliquod bo-
num prosequendum pericula autem mortis que
est ex egritudine vel tempestate maris vel ex in-
cursu latronum vel si que alia sunt huiusmodi non vi-
dentur alicui imminere ex hoc quod prosequatur aliquod
bonum sed pericula mortis que est in bellicis actibus
directe imminet homini propter aliquod bonum inquan-
tum scilicet defendit bonum commune propter iustum bellum et di-

instum bellum etiam particulare scilicet cum aliquis iudex
vel etiam privata persona non recedit a iusto iudi-
cio timore gladii imminentis vel cuiuscumque periculi
etiam si sit mortiferum vel etiam cum non recedit a con-
fessione veritatis fidei prout sancti martires qui
fortissimi bellatores mortem propter hoc viriliter
sustinuerunt de quibus cantat ecclesia contempto suo
cum corporum cruciatu sementem vindictam dei propter
amorem vicerunt qui etiam per fidem vicerunt regna
operati sunt iustitiam adepti sunt repromissiones ob-
turaverunt ora leonum extinxerunt impetum ignis
effugaverunt aciem gladii convaluerunt de
infirmitate fortes facti sunt in bello castra verte-
runt exterorum deficeret enim me tempus enarran-
tem innumerabilia sanctorum exempla qui pro veri-
tate fidei fortiter dimicantes mortem sustinue-
runt pertinet ergo ad fortitudinem firmitatem
animi prebere contra pericula mortis non solum que
imminet in bello particulari ut premissum est sed etiam in
bello communi et generali scilicet cum aliqui decertant ma-
nu pro defensione fidei vel pro salute patrie
et rei publice qui ut fortes materialibus armis
premuniti patriam et singula eorum adiacentia
viriliter custodiunt unde leo papa ait omni terro-
re atque timore deposito contra inimicos sancte fidei
et adversarios omnium religionum viriliter agere
studete novit enim omnipotens deus si quilibet vestrum
morietur quod pro veritate fidei et salva-
tione patrie et defensione christianorum mortuus
est et ideo a deo celeste premium consequetur xxiii
q. viii c. omni et ambrosius in primo libro de officiis
dicit fortitudo que bello tuetur a barbaris pa-
triam vel domi defendit infirmos vel a latronibus
socios plena iustitia est xxiii q. iii c. fortitudo
et sic ortatu et precibus adriani romane urbis
episcopi exhortatus karolus rex bellum contra
longobardos suscepit xxiii q. viii c. hortatu
nam apud veros dei cultores etiam ipsa bella
pacata sunt que non cupiditate aut crudelita-
te sed pacis studio geruntur ut mali coherce-
antur et boni sublevantur xxiii q. i c. apud
veros et cum hoc est quod ait augustinus ad bonifacium
noli inquit existimare neminem deo placere posse
qui armis bellicis ministrat in hiis erat sanctus
david cui dominus tam magnum perhibuit testimonium

in hiis erant plurimi illius temporis iusti in hiis
erat sanctus ille centurio qui domino dixit non sum dig-
nus ut intres sub tectum meum hortor igitur primo co-
gitet cum armatur ad pugnandum quia virtus
tua etiam ipsa corporalis donum dei est et puni-
tur interpositus ait non pax queritur ut bellum
exerceatur sed bellum geritur ut pax acquiratur
xxiii q. i. noli et per hec omnia iam premissa re-
concludi videtur verbum in exordio sermonis
assumptum scilicet fortis armatus custodit atrium
suum.

Ad bonum societatis humane precipue mei divino
fieri plura nimia sunt diversa aut a diver-
sis fieri plura et melius
ut innuit aristoteles in politicis loquitur melius
et expeditius aguntur quia ab uno quomodo
quedam sunt negocia adeo sibi repugnantia
ut convenienter simul exerceri non possint et ob
hoc illis qui maioribus deputantur prohibentur
minora sicut secundum civiles leges militibus qui d[e]
minora sunt ... ad exercitia bellica negociatores
putantur ad exercitia bellica maxime
interdicuntur bellica cum exercitia maxime
repugnant illis officiis quibus episcopi et clerici
deputantur propter duo primo quidem generali
ratione quia bellica exercitia maximas inquie-
tudines habent et multum impediunt animam a
contemplatione divinorum et laude dei et oratione
pro populo que ad officium pertinet clericorum
et ideo sicut negociationes ex eo quod nimis impli-
cant animum interdicuntur clericis sic et bellica ex-
ercitia secundum illud ii ad thimotheum ii nemo
militans deo implicat se negociis secularibus
secundo propter specialem rationem nam omnes clericorum
ordines ordinantur ad altaris ministerium
in quo sub sacramento representatur passio
christi secundum illud prima ad corinthios xi quotienscumque man-
ducabitis panem hunc et calicem bibetis
mortem domini annunciabitis donec veniat
et ideo non competit eis sanguinem effundere
sed magis esse paratos ad propriam sanguinis ef-
fusionem pro christo ut imitentur opere quod
gerunt misterio et propter hoc institutum est
ut effundentes sanguinem etiam sine peccato
sint irregulares unde etiam omnino non licet
bella gerere que ordinantur ad sanguinis ef-
fusionem bene tamen possunt prelati et clerici

auctoritate superioris interesse bellis non quidem
ut ipsi propria manu pugnent sed ut iuste pug-
nantibus spiritualiter subveniant suis exhor-
tationibus et absolutionibus et aliis huiusmodi spi-
ritualibus subventionibus sicut in veteri lege
mandabatur Iosue sexto capitulo quod sacerdotes sacris
tubis in bellis clangeret et ad hoc primo sunt con-
cessum quod episcopi et clerici ad bella procederent
non tamen quod aliquem pungerent propria manu
Sacerdos quippe ut in concilio meldensi decre-
tum est propria manu arma arripere non debet
sed alios ad arripiendum ad oppressorum defen-
sionem atque ad inimicorum dei oppugnationem
eis licet hortari xxiii q. viii c. quicumque ex clero
et cum hoc est quod prelati debent resistere non
solum lupis qui spiritualiter interficiunt gre-
gem sed etiam raptoribus et tyrannis qui cor-
poraliter vexant non autem materialibus
armis in propria persona utendo sed spiritualibus
secundum illud apostoli ii ad corinthios x arma mili-
cie nostre non sunt carnalia sed spiritualia
que quidem sunt admonitiones salubres devo-
te orationes contra pertinaces ecclesiastica
censura Petrus qui princeps apostolorum a domino
fuerat electus cum materialem gladium exere-
ret ut magistrum suum defensaret audivit
converte gladium tuum in vaginam omnis qui gla-
dium acceperit gladio peribit ac si aperte
diceretur ei anathemis tibi hactenus precessores
tuos inimicos dei corporali gladio licuit
persequi de cetero in exemplum patientie
gladium tuum idest anathemis gressum in va-
ginam converte et spiritualem gladium exer-
cere xxiii q. viii c. de episcopis bella namque car-
nalia bellorum spiritualium figuram gerunt
unde vas electionis paulus apostolus sciens no-
bis iam ultra bella non esse carnalia pa-
gende sed anime certamina contra spirituales
adversarios desudanda ut magister mili-
cie preceptum tulit militibus christi dicens indui-
te vos armaturam dei ut possitis stare
adversus astutias dyaboli xxiii q. i c. in
sbella (?) christi cum nos gestamus laqueum nostrum
dissimus certum ferimus inimicum/certamen lo-
quor de peccato nascitur et in peccato intrat

in prava consuetudine vinctam hac victum nisi
devotum Bernardum in sermone tercio de xl ad impug-
nandos nos callidissimus serpens cui nullum aliud
desiderium est nullum studium nullum negotium nisi fun-
dere sanguinem animarum nostrarum hic est qui ingit
machinatur malum argute loquitur artificio
se suggerit callide decipit illicitos motus insuf-
flat et venenatas cogitationes inflammat mo-
vet bella nutrit odia incitat gulam movet li-
bidinem desideria carnis instigat peccati occasi-
ones parat et mille nocendi artibus corda ho-
minum temptare non cessat hic est qui manus
nostras proprio singulo alligat ut cuius quod data
est in adiutorium in ruinam et in laqueum fiat
plures quippe sunt temptationes eius ut ait devo-
tus Bernardus super illo psalmistico verbo scuto
circumdabit te veritas eius non timebis a timo-
re nocturno etc. Quibus ~~circumdari~~ necesse est
nobis scuto dominum circumdari ante et retro a dextris
et a sinistris timor afflictionis nocturnus
et plane tenebrosus quia abscondit ab oculis nostris
quod non sunt condigne passiones huius temporis
ad futuram gloriam que revelabitur in nobis
sed facile hunc veritas exsuperat ingerit
enim oculis cordis peccata que fecimus et etiam
supplicia inferni eterna premia immo et ea que pro no-
bis pertulit christus ergo ad lucem tam multiplicis
veritatis nox recessit Sed timenda est sagitta
que in die leviter volat sed non leve vulnus
infligit hec sagitta vana est gloria quem
oportet caveant ferventiores ne deserant scutum
veritatis Quando enim tamen contrarium veritati
deinde subdit primo a sinistris pulsat dyabolus
pusillanimitate deinde a dextris humanis lau-
dibus si sic non proficit dicit viribus decre-
tis quo sed forte decipere possim alterius inge-
nio proditoris/negotium perambulans in tene-
bris est ambitio subtile malum secretum virus
pestis occulta doli artifex mater ypocrisis
vitiorum origo criminum fomes virtutum erugo
tinea sanctitatis/contempsit ait vanam glo-
riam quoniam vana est forte solidius ali-
quid affectaret forte honores forte divitias
que sit veritas investigat habet proditorem
et negotium arguit tenebrarum non restat

callido inimico contra hos quos videt commodius diligere iusticiam et odisse iniquitatem insurgit iniquitatem palliat virtutum ymagine quos enim perfectos boni novit amatores malum eis sub spe boni non mediocris sed perfecti suadere conatur ut facile qui currit incurrat ij ad chor xj ipse sathanas transfigurat se in angelum lucis sola est que palliatam detegit falsitatem et sumpta eundem Bern hos temptationes in quali statu eorum diligens consideratur inveniet nonne timor nocturnus nondum adhuc exercebat ecclesiam quando omnis qui occidebat servos christi arbitrabatur se obsequium prestare deo de ipsi persecutione cessante turbavit eam gravius et affligit sagitta volans quoniam ceperunt aliqui de ecclesia inflati spiritu carnis sive inanis et volatilis glorie cupidi et volentes sibi facere nomen linguas suas magnificando diversas doctrinas et diversa dogmata predicarunt sicut Boheni et alij heretici ad sua desideria coacervantes sibi magistros prurientes auribus de quidem inter pax a paganis pax ab hereticis sed non est pax a filijs falsis omnes christiani fere que sua sunt querunt non que sunt christi ipsaque ipsius dignitatis ecclesiastice officia in turpe lucrum vel questum et tenebrarum negotia devenerunt nec in hijs animarum salus sed luxus queritur divitiarum super est ut iam reveletur homo peccati filius perditionis ante christus demonium non modo diurnum sed et meridianum quod non solum transfigurat se in angelum lucis sed extollitur supra omne quod dicitur aut colitur deus circumcirca insidiatur arcuis calcaneo matris ecclesie Aqua capite suo dolet esse contritum sed abhor quoque in currus eorum electorum veritas liberabit propter eos breviabis dies et demonium meridianum destruet illustratione adventus sui vij ut melius et fortius ei resistere valeamus considerare nos decet aliquos impugnationis sive modos primo quidem modo ipse tamquam presumptuosus libenter suadet id quod temeritatis est et presumptionis mulierem quippe mutavit ut indicatur de facto superior et de intentione prescientis dicens Cur precepit vobis deus ut non comederetis de omni ligno paradisi gen iij. Secundo quidem in impugnationibus suis mendacio

me vtitur mendacio mulieri post eius responsionem mentitus est dicens nequaquam moriemini et math iiij hec omnia tibi dabo si cadens adoraveris me et Jo viij dicit quod ipse mendax est et pater eius tertio impugnatus ipse mendax est et pater eius terrena impugnat decipiendo hominem qui cum in statum penitentie suadendo ei ut omnis illud obruat mentiendo satisfactionem que non est exoneratio sed onerationem laudis oneris in exhibitionem imitatio ut festive in trabem vel mortem temptatus aut quasi hoc esset sic dicere deberet eidem temptanti si hoc omnis deposuero nequaquam sine onere ero ... questiuncula si plorare noluerit respondet temptator dicet primo ponitur super te mons sicut et infernales pena ... vj dicet nolite ... super nos a facie sedentis super tronum et ab ira agni et ergo bonum est leve onus portare ferre ut tantum omnis possit vincere Apoc ij non mittam super vos aliud pondus tenete id quod habetis tenetis Quarto impugnando decipit ea que dimissum sustinenda sunt simul ostendendo dicens Quomodo posses hoc sustinere tot annis cum respondendum est hodie tamen dei adiutorio sustinebo hoc est et cras tamen sustinebo sufficit diem cum eius auxilio lenius sustinebo sufficit diei malicia sua mt vj ca. Quinto impugnando decipit virtutem hominis a dei virtute dividendo dicens tu debilis es nullo modo posses hec portare cui dicendum est si intelligis solam meam virtute verum dicis sicut Jo xv dicitur sine me nichil potestis facere Si vero intelligis quod possum in dei virtute adiutus mentiris ad philippenses iiij in nobis Confidimus in domino ihesu quia qui cepit in vobis opus bonum perficiet et eundem iiij ca. Omnia possum in eo qui me confortat Sexto impugnando decipit eo quod querit ponderis diminutionem quod gladium celeste tradendum est nobis ij ad chor iiij quod in presenti est momentaneum et leve tribulationis nostre supra modum in sublimitate eternum glorie pondus operatur in nobis Septimo impugnando semina ... deum rapit sicut illud beatissimi Bern super psalmo qui habitat modica semina ... tio non modicum est messis ... illos

namque querit perdere quos ardentiores in servicio salvatoris ei et familiares invenerit iij q i c nulli Octavo impugnando unanimes dispergit ut sic eos vincat iuxta illud nostre hodierne lectionis evangelice qui non colligit mecum dispergit Nono impugnando tortuo se incedit et sic valde est difficile prognosticare quo tendat per tractionem ultio tractatum in ... dif sicut et quartus peritus ignoro quorum videlicet via colubri super terram ubi glosa bene colubrum vocat venenati hostis astuciam que insidiari non desinit quos in petra sunt datos esse conspicit Decimo impugnando eos proprie qui ad deum convertuntur in corpore suo ... eius temptare non desinit vt dicit aug ait in sermonibus cotidianis diximus exprime eos qui querit desiderant temptari avius a concupiscentia carnis et urgeri gravius in operibus huius modi exhibeant se obsequio divino dicitur ecci ij separa animam tuam ad temptationem Undecimo impugnat tribulatione ut frangat confusione ut molliat multos enim vulneratos decerit prov vij ca ipse ad versarius noster virtutis tribulatione ... admodum quo vincat primum parentem genesis iij Duodecimo impugnando operates bonum incitat ut de alto possit eos precipitare nec teste Bern sup cant non habet callidus hostis machinamentum efficacius ad tollendum de corde dilectionem quam si efficere possit ut in caute et non cum ratione ambulent Videte ergo patres quomodo caute ambuletis ad eph v et prima petri iiij nolite peregrinari in fervore qui ad temptationem vobis fit variis impugnationibus impugnat ut qui non superet una superet alia assidua enim temptatione nos temptat ut saltem tedio vincat et quod ergo tempto varios eius modos colligere quibus ferme sacra scriptura in magna parte plena est adeo ut hucusque sit temptantium sed dyabolum temptationis certamine superari ... dicitur et hinc etiam Sed quod patres remedium ubi confugium absque dubio humo devotum Bern sermone tercio de xl in

nobis est victoria si volumus ut nemo nostrum in hoc certamine dictatur invitus inde est ait Bern O homo appetitus tuus et tu dominaris illius potest inimicus excitare temptationis motum sed in te est si volueris dare seu negare consensum in tua facultate est si volueris inimicum tuum facere servum tuum ut omnia tibi cooperentur in bonum ecce enim instat inat desiderium tibi vanitatis aut impatientie cogitationem ingerit aut excitat libidinis motum tu solummodo ne consenseris et quotiens resisteris totiens coronaberis Credo si cogitationes istas quando eo in nobis advertimus non patimur remorari sed in spiritu vehementi animum adversus illas excitatur comminutis confusus abscedet non tam libenter illuc revertetur nec redeundum vel credendum etiam si graviis temptationibus ferior utrumque hominis statum afflixerit elegimus potius cadere quam cedere et post pauca subdit ille namque studiosius repugnandum ubi gravior urget necessitas ubi totum pondus imminet ubi colluctationis ratio universa consistit vel paratur aut victis ignominiosa captivitas aut vincentibus gloria triumphalis Nam demones superna nobis et eterna portus in via nostra non tamen ut eis cedat quod irrevocabiliter amiserunt sed nec illud pauper de pulvere suscitatus accedat vbi ipsi in gloria conditi irrecuperabiliter ceciderunt indignatur et livore tabescit obstinata malignitas humanam obtinere singularitatem quod in timere ipsa non meruit hec enim tota adversum nos colluctatio principalis nequitiarum Et ut nos seducant ac inducant in vias suas et perducant ad destinatum finem qui paratus est demonum est suggestiones malas ingerere nostrum est illis non consentire nam quoties resistimus dyabolum superamus angelos letificamus deum honorificamus admonet ut vincamus certantes spectat deficientes sublevat vincentes coronat ipse omnipotens deus per has temptationes quas premisi et per tribulationes huiusmodi pulsat ad ostia singulorum si quis ei aperuerit introibit et cenabit ... et eo est vulgare proverbium ut ait devotus Bern in sermone assumptionis virginis gloriose et multorum in ore ...

aut in corde versatur bonum inquirit servat cas-
tellum qui custodierit corpus suum sapiens tamen
non sit sed magis inquit ad custodia servat cor-
tium quia ex ipso vita procedit esto tamen creden-
dum sit multitudini bonum castrum custodit
qui custodierit corpus suum. Illud sane queren-
dum que nam sit huic castro adhibenda cus-
todia recte ne custodisse videtur. Circa illa cor-
poris sui castrum cuius membra velut generatione
facta inimico domum eius tradit sed cum qui cum
morte fedus inierunt pactum pepigerunt cum
inferno incrassatus est inquit dilectatus et
recalcitravit incrassatus impinguatus dila-
tatus hec est plane custodia que laudatur
a peccatoribus in desideriis anime sue quid
videtur patres mei in hac parte credendum
et multitudini absit Pauli contra eorum ut po-
te duce extremum militie spiritualis dicit nob-
is apostolus que sit tamen custodia castri ego aut-
em sic curro non quasi sic pugno non quasi ae-
rem verberans sed castigo corpus meum
et in servitutem redigo et alio in loco non regnet
peccatum in vestro mortali corpore ad obedien-
dum concupiscentiis eius utilis profecto cus-
todia et felix anima que sic custodierit
corpus suum ut nunquam sibi illud vendicet
inimicus et ergo ex premissis recte dedimus
fortis armatus custodit atrium suum.

Quoniam omne gaudium estimare debemus patres
mei studiosissimi cum in temptationes varias
incideritis nam appropinquante salute ut cum
Ieronimo loquar appropinquat et temptatio et ut cum gre-
gorio in moralibus loquar rectitudinis vin-
cula sequitur temptationis et post lucem estus
sequitur quia post illuminationem divini muneris temp-
tationis augetur certamen illos nempe pul-
sare negligit inimicus quos iure quieto pos-
sidere se sentit [illegible] considerandum nobis est
temptationis certamen ad multa utile fore
primo quidem temptatio erudit Eccl. xxxiiii qui
non est temptatus quid scit et qui non est tempta-
tus qualia scit et iterum qui non est temptatus
pauca recognoscit tantum sola vexatio dat

intellectum Ysa. xxviii et trenorum primo de
excelso misit ignem in ossibus meis et eru-
divit me. Secundo humiliat unde gregorius ait dum
vitia nos temptant proficientes in nobis vir-
tutes humiliant tertio vero temptatio virtu-
tes addit. Seneca ait ad lucillum multum addit
sibi virtus lacessita. Quarto temptatio sanat
nam ut ait gregorius nisi psalmista per
tribulationes melius se sanari nosset
non diceret proba me domine et tempta me. Quin-
to idem ait in moralibus cum per temptationem hu-
militas proficit prosperitas est ipsa adversi-
tas que mentem ab elatione custodit cum
temptamur virtus divina dispensatione nobiscum
agitur ne virtutibus quibus proficimus ex-
tollamur pro inde dixit apostolus ne magni-
tudo revelationum extollat me datus est
mihi stimulus carnis mee angelus satha-
ne qui me colaphizet ii ad chor. xii. Sex-
to virtutem hominis temptatio notificat de-
uteronomio xiii temptat vos dominus de-
us vester ut palam fiat utrum diligatis eum
an non in toto corde et in tota anima ves-
tra. Sexto temptatio edificat [illegible] thobie ii
hanc temptationem ideo permisit dominus evenire
illi ut posteris daretur in exemplum pa-
tientie eius sepho etiam in hoc seculo honore
tribuit unde legitur de illo glorioso patre
beato anthonio qui cum nocte quadam de-
monibus esset laceratus subito radi-
um quendam lucis et demones et tenebras effu-
gavit statim quod sanatus precum eorum in-
telligens dixit ubi eras ihesu bone ubi
eras quare a principio non affuisti ut cu-
rares vulnera mea et vox ad eum dixit
anthoni hic eram sed expectabam videre
certamen tuum nunc autem quod viriliter dimi-
casti in toto orbe te faciam nominari. Sep-
timo temptatio tribulationum hominem robo-
rat sicut ignis roborat laterem quem
combinere videtur ad romanos v. tri-
bulatio patientiam operatur. Nono desin-
it sive annichilat vincula amoris quibus

quis ligatus est mundo unde dan. iii tres pueri
qui ligati sunt missi in fornacem inventi sunt solu-
ti ut vere vincula eorum possent dicere dirru-
pisti vincula mea tibi sacrificabo hostiam
laudis cathena illa que nos ligatos tenet
amoris mundi aliquando ut ait seneca uno ictu
tribulationis cedet aliquem vincere et cadens
mortem desiderat cadens in profundum humiliat
si tribulationes in hoc seculo non essent homines deum
oblivisceretur bonis temporalibus contenti. De-
cimo ~~tribulatio temptationum~~ temptatio tribula-
tionum hominem probat Eccl. xxvii vasa figu-
li probat fornax et homines iustos temptatio
tribulationis et eundem ut igne probatur
aurum et argentum et Job xxiii probavit me
quasi aurum quod per ignem transit et tho-
bie xii quia acceptus eras deo necesse fuit
ut temptatio probaret te et ob hoc dicit propheta
probasti cor meum et visitasti nocte igne me
examinasti. Undecimo temptatio tribulationum
consolationem promeretur in hoc seculo unde
illud psalmiste secundum multitudinem dolorum
meorum consolationes tue letificaverunt ani-
mam meam et iterum virga tua et baculus tuus
ipsa me consolata sunt et Deut. viii afflixit
te penuria et dedit tibi cibum manna. Duo-
decimo temptatio tribulationum hominem facit per-
fectum ut in ps. in tribulatione dilatasti me
sine tribulatione homines dormiret sopno pi-
gricie sed utilis est tribulatio que eos excitat
velut ignis in domo succensus et velut aqua
in navem subintrans Mt. viii domine salva
nos perimus. Quod recepta angustia nisi sentiuntur
in eternum ut propheta clamet clamantes exau-
diantur exauditi deum glorificent [illegible] virtus
in infirmitate perficitur ii ad chor xii.
Terciodecimo utilis est temptatio tribulationum
quia signum est divini amoris Apoc. iii ego
quos amo arguo et castigo emulare ergo et
age penitentiam et prov. iii. quem [illegible] diligit
dominus castigat flagellat autem omnem filium quem
recipit quis filius quem non corripuit pa-
ter [illegible] si extra disciplinam estis cuius par-
ticipes facti sunt omnes filii dei ergo adulteri
et non filii estis. Quartodecimo temptatio tri-

bulationum proximum quem deo facit iuxta illud
psalmiste cum ipso sum in tribulatione et iterum
iuxta est dominus hiis qui tribulato sunt corde unde
beatus Bern. exorabat dicens da mihi semper tribu-
lationem ut semper possis esse mecum. Quinquodecimo
ut ait Bern. solatium tribulationis a corone sua pa-
tientie aperiri [illegible] considerans in cruce latro
eadem die cum ipso fuit in paradiso. Quintodecimo
hostem familiarem scilicet corpus debilitat et sabat
spiritum cum infirmor tunc fortior sum et potens
ii ad chor xii. infirmitate corporis homo vir-
tutem animi sui non enim in mari ait seneca de
in prelio vir fortis apparet exhibetur et in lec-
tulo virtus unde beatus Benedictus propter
temptationem carnis proiecit se in spinis sic
quod vulneris corporis sanavit vulnus mentis quod
restat multo melius esse ardere flammis febrium
quam igne vitiorum. Sextodecimo temptatio tri-
bulationum in futuro seculo finaliter coronat ii
ad thy. ii non coronabitur nisi qui legittime
certaverit. Beatus vir qui suffert temptationem
quia cum probatus fuerit accipiet coronam vite
Jaco. primo [illegible] hoc habet pro certo omnis qui colit
deum quia vita eius si in probatione fuerit co-
ronabitur thobie iii Notissimum duellum est in
nobis inter carnem et spiritum caro concupiscit
adversus spiritum et spiritus adversus carnem
ad gallath. v. ca. [illegible] cum in mense referendum
sit creatori nostro cum cognoscimus infirmitate
vel quacumque tribulatione carnem debilitari
ut a spiritu superetur Job xl memento belli
et ne ultra addas loqui ac si dicat ut ait gre-
gorius tanto te ad disciplinam patris exhi-
be placidum quanto te prospicis ad bellum infir-
mum si omnis hostis contra te bellum preparas
quod quid pateris non accusas inimicus enim
humani generis callide insidians fraudem cona-
tur mittere contra sanctos dei sed beatus Job per-
severanter prevalet quia quod occasiones ei multe
quasi tot causas victorie ministrant certa-
men forte dedit ei ut vinceret Sap. x. contra-
rio enim vulnerum fortitudo est cordis puri [illegible] co-
rum fortitudo ut ait greg. in moralibus est car-
nem vincere propriis voluptatibus contraire delecta-
tionem vite presentis extinguere huius mundi aspe-
ra pro eternis premiis amare prosperitatis blandim-

ta contemperet adversitatis metum in corde separare
maxime necessaria est fortitudinis virtus statim primi
incidens iste locus est laboris et certaminis. unde
ut ait Bern. velut in stadio certaminis positi su-
mus et tempus belli et tempus pacis Eccl. iij. tem-
pus belli in presenti militia et vita hominis super terram
Job vij. ubi etiam in terris militantibus fortitudo
debet esse inducta in primis. ultimo fortitudo di-
citur indumentum eius ysa. lij. induere fortitu-
dine syon. si sine fortitudine esset fugeret hostes
suos sepius inhermis trenorum primo abierunt absque
fortitudine ante faciem subsequentis. virtus for-
titudinis insuperabilis est totus mundus devicere
non posset hominem in quo esset vera fortitudo in
sanctis est gentem unam inquit seneca quam
virum unum vincere sepissime in mentem meam
evenit illud mirabile et devotissimum verbum bea-
tissimi vincentii martiris quod dixit daciano seve
et toto malignitatis spiritu debacchanti videbis
me plus posse dum torqueor quam possis ipse
qui torques qui vera fortitudine fortis est ut
inquit Aug. ad Johannem nec temere audet nec
inconsulte timet et qui eam habet omnes alias
virtutes morales habere censetur unde ait
Ambro. super lucam a deo sibi invicem concatena-
te virtutes ut qui unam habet plures habere
videatur virtutes enim que sunt in anima humana
nullo modo separantur ab invicem ut inquit Aug.
in vi. de trinitate nichil eo fortius qui vincit
dyabolum nichil imbecillius eo qui a crimine supe-
ratus et insuperabilis est impetus dyaboli
ut inquit Jo. crisostomus super matheum quod si quis
forti animo sustinuerit eum in deo inveniet eum
infirmiorem quanto plus premunitus fuerit ar-
mis moralium virtutum que invicem sunt gratie
nate ut primum si magis desint sine hoc labore
certamine inquit greg. in dyalogo non est no-
bis palma victorie semper ad certamen ad-
versarii nostri eiusdem greg. in moralibus eri-
gendus est animus semper contra eius occultas insi-
dias cautela est providenda ut dicat quisque vere forte
illud psalmiste si consistant adversum me castra
non timebit cor meum et ergo ex prehabitis con-
cludendum videtur fortis armatus custodit a-
trium suum.

Omnes huius seculi dilectores patres mo-
honestissimi in terrenis rebus fortes
sunt in celestibus debiles nam ut ait gregorius
viij libro moralium c. xlvij dicit omnes pro tem-
porali gloria usque ad mortem desudare ap-
petunt et pro spe fugitiva nec quidem parum
in labore subsistunt pro terrenis lucris quas-
libet iniurias tollerant et pro celesti mercede
tenuissimi verbi ferre contumelias renuunt te-
rreno iudici toto etiam die assistere fortes sunt
in oratione vero coram deo unius hore momen-
to lassantur sepe nuditatem destitutionem honoris
famem pro acquirendis divitiis atque honori-
bus tollerant et carnem suam se per abstinentiam
cruciat ad quas adipiscendas festinat supra
aut laboriose querere tanto magis differunt
quanto magis ea retribui tardius putant
non considerantes premonitos fore neminem
super terram absque temptatione victurum [illegible]
forte tollitur aliqua alia securus [illegible]
dicebat devotus Bern. heu me domine deus quia
undique in bella undique tela volant undique per-
icula undique impedimenta quocumque verto me
nulla usquam securitas est et que mulcent et
que molestant timeo et esuries et refectio et sompnus
et vigilie et labor et quies militant contra me
et propter hoc et [illegible] contra bellum gerimus
contra astutiores et fortiores nobis nec-
essaria sunt nobis tela sive cautela quibus propul-
semus adversarios et hostes nostros fortiter
feriamus et deiciamus. primum siquidem cautela est
fides inde prima petri v. cui resistite fortes in
fide et hec est enim victoria que vincit mundum
fides nostra j. Jo. v. secundum cautela est sapi-
entia per sapientiam in multitudine [illegible]
bor et in bello fortes sapie viij et in [illegible]
pientiam non vincit malicia et sapie [illegible]
or est sapientia quam vires et ecce [illegible] melior
est sapientia quam arma bellica error enim pre-
cipuus est temptationum difficilium et maxime
[illegible] sapientia militibus xpisti ut non [illegible]
dari in errores prima Jo. iiij nolite omni spiritui cre-
dere sed probate spiritus si ex deo sint. tertium cautela
quo [illegible] adversarium fortiter feriemus et
deiciemus est fiducia in eo qui omnia potest quo-
niam dominus pugnabit pro nobis et vos tacebitis

[illegible] non enim est pugna vestra sed dei et
paucis interpositis sequitur tantum modo confidenter
state et videbitis auxilium dei super vos et sequitur
[illegible] deus meum est qui bellator fortis ideo qui
persequuntur me cadent et infirmi erunt quartum
cautela est misericordia ij. petri ij. novit deus
pios de temptatione eripere et super illud psal.
[illegible] mea et refugium meum dicit glo. de
privilegiata procedit peccatores et quomodo indulgentie debeant
limitari ne decipiant/ Insuper quantum humilis oratio expandit [illegible]
et superba comprimitur a deo exigente dotem et humilitatis ;

Addere possumus quod etiam aut superiores impositis sicut sunt hoc
tempore sed et prima imposita, sicut sunt suffragia et quibus
dantur indulgentie plus certo pluribus proficiunt quam peculiares insti
tutiones/ Deinde aut indulgentie dantur districte pro utilitate ad
ecclesie edificationem/ ac recipi cum vera penitentia, prima pura confessio
ne sicut placet aliquibus/ aut saltem habita in proposito/ Alioquin cre
dens aliter et dantem et recipientem decipit/ Denique nichil parum curate
ita providere videtur in oratione quantum orationis humilitas, que non in ius
tificationibus suis consistit sed in domini quamvis intende misti
ficationi sue non omittat/ Nec tamen in eis sed in liberalitate dei
reponat spem suam/ Hec autem humilitas habetur pluribus ab aliquibus
ex facilitate/ que sic verba vel orationes efficient [illegible] se facien
sub ponit manum dei, sed eam in affectum trahere sicut difficultatem.
et solus deus inveniens expellit qui superbiam et stultam huma
ni cordis presumptionem satagunt evitare/ O quotiens persapequotiens
obruta pede spe devotionis resurgit acrior peste hec su
perbie/ neque tamen efficacius ad veram humilitatis legitimam
in consideratione iudiciorum suorum, recogitando quod exhibitus est in con
filios super filios hominum/ qui nemo scit utrum miserit et que tibi iudicat
apud quem nemo scit an odio vel amore dignus, tollit eos in
fectus filius ire et massa perditionis terribiliter tunc creator

et malorum relinquat vas in gehennam quod fit ex iniusticia vel an
efficiat vas in honorem ex sola misericordia tua tu prorsus ignoras. Ve autem
tibi si te non purificaverit usque in finem si ex iusticia remota misericordia
tempus diiudicet etiam si quam gratie habes vel virtutis quod forte non a te
sed ab eo suscepisti. Noli ergo gloriari, noli super alios extolli quia
si tu habes non accepisti et non potuisti flagellandus es si iniquitates
si aliorum contemptor extiteris.

Tercia decima consideratio ponit exemplum quod docet orationem mediante
quo ad deum, et quomodo intelligitur dimitte nobis debita nostra,
insuper qualis debeat esse confidencia in aliorum oratione cum perso-
particulariter exprimit omnium superiorum.

Sed redeamus ad fiduciam orationis. Refert Seneca regem An-
tigonum reddidisse cuidam in fine fortune hominem, dum peteret
ab eo obulum, non decet inquit regem dare munus tam exiguum. Petiit
talentum, reddit ipsum non esse tanto munere dicandum cum sit pau-
per et nec rex dare talentum, et ille ut pauper obulum recipere.
Tendit hec narratio ut in omni peticione nostra simus memores
dignitatis nostre. Audeamus tum petere magna non ex recipientis [talenti]
sed ex donantis domini summa liberalitate. Hinc invitat exemplum tota fide
et firma spe, et rando desideriorum peticionum nostrarum quam verbum
dei est, miserebor cui misereor. Post quod forma nobis orandi
dedit, dimitte nobis debita nostra sicut et nos dimittimus de-
bitoribus nostris. Dimittimus et nos debentibus nobis, sed dimittere
nobis volumus et optamus. Volumus autem si recte volumus
ita nobis debita dimitti, primo ut non dampnemur de hiis quam prius
cundamus aut quam illa perpetrata participes eorum fecimus ad con-
terrorem non ad destructionem nostram. Vellet ita de quolibet peccato
tuo illius time quod dicitur: Et oratio eius fiat in peccatum. Et illud
sentire nescit non oportuit et te misereri conservi tui. Et facile
dimittit omnia qui se mortis esse debitorem certissime sentit et
formidat. Ceterum plus in aliorum quam in tuis orationibus fiducia
habe. Caritatem habe et dices cum sancta particeps ego sum
omnium timencium te et custodiencium mandata tua, sive in celis
sive in terra sint. Constituas eum facere considerationem tue du-
rante tempus est miserendi. Dum non declinaverit deus iram a te
suo sicut qui totus desiderabilis, totus amabilis est, nullo ad
pretium nullo ad supplicium habito respectu, qui carnalis qui ad se

respexit sapit amorem. Dicito cum Job: Etiam si me occiderit tu in
ipso sperabo. Erit enim oratio pia, sic digne divino conspectui, sic diliges deum.
Et tempus postea deus habet meum habui que de orationis valore sub
conspectu multiplici frequentie ingerit absque ulla ut expressum est in
intermissione quam curiosa scrupulositate nolle dixerit ut dicit appende
eam. Et quamvis hec doctrinalis inquisitio non sit omnis fructu
carens, quoniam in ea perpendere in tantis obligationibus orati-
um ex alterius si quis involvat, ut inde temporale subsidium sibi
queritur neque tantum ex forte quod est sacrilegium simonie, neque tantum ex
sustentatione sua plus debito quod ad avariciam pertinet et turpe
questum quis noverit. Sit pietas aliene miserie, sit ipsa cari-
tas, sit devotio, sit amicitie grata vicissitudo, sit zelus anime
sit eterne retributio, sit allocutionis divine dulcedo, dignitas
precipuum sit motivum orationis tue.

Explicit ex de oratione secunda. Incipit tercia ordine quarta decima
consideratio agens de directione cordis et quid sit cor dirigere et que
eius impedimentum dicit et continuet in sequentes considerationes.

Descendamus quidem ad particulares casus aliquos, qui sermones
universales in moralibus dicente Aristotile et teste experi-
entia minus conferunt aut erudiunt. Quadimodum vide est in preceptis me-
dicine. Neque tamen oportet tractare de singulis particularibus que in-
finita sunt, et ideo nec disserere necesse. Est in primis sed directio cor-
dis tendit et finatur in deum. Sic et eodem habet orationum conclusione
oratio dicente quia non est hominis via eius neque viri est ut ambulet et di-
rigat gressus suos. Hinc unus sanctorum: Pete inquit a deo filii sui
instruens ut vias tuas dirigat. Hec ergo peticio qui similiter dirigi
habet a deo orabat propheta: dirigatur domine oratio mea sicut incensum
in conspectu tuo. Eam directionem intuitive attendens propheta
tribuit illam deo dicens: confitebor tibi domine in directione cor-
dis. Est ergo sciendum quod sit illa orationis intencio cordis
in deum vel erga deum. Que intencio dum manet et recta et
imperturbata sicut regula fixum mentis sursum tendentis, tunc
est oratio recta. Dum vero per irruentium fantasiarum et cogitacionum
ventos ex obscura et depressa desideriorum sensualium nubila agi-
tata rumpit, dissipatur ut cadat a rectitudine sua est stricto loquendo

interrupte talis non potest esse viciosa. vel tamen sub penitus in deum orationis impeditiva. Unde potest sub distinctione fieri sermo de intentione que requiritur et sufficit in oratione. Vel sub alio forte nomine queri de attentatione vel videlicet orationis ut in probatione hymnorum canticorum et horarum canonicarum. hec est quod diutinum cedit in usum

Quintadecima consideratio ponit varias cordis directiones secundum suam variam dispositionem et sermo de actuali estimatione

Est itaque multiplex attentio sive intentio cordialis directio. Una actualis. Alia habitualis. Alia quasi media scilicet virtualis. Rursus harum quelibet dividitur. Quia alia fertur in solas voces et verba. Alia in verborum significationes. Alia verborum solum verborum significationes attendit sed in affectus aliquos et celestia et divina transit. Et hec sive in bonos ut in viciosos et malos. Dico ergo hic primo quod attentio vel ad verborum significationes non requiritur ad orationis directionem. Patet hoc in laycis dicentibus vel audientibus ea, quorum significationes penitus ignorant ut sunt septem psalmi et missa. Dico consequenter quod actualis attentio etiam vocis orationis et verba non semper requiritur ad orationis directionem debitam aut ad sufficientem estimationem. Alioquin nulla esset in via aut vix esset oratio non distestimata. Exemplum legimus de quodam qui volens rusticum convincere de cordis instabilitate posuit. dum sit oratio illa se devotum simulabat et attentum. nichil licitus est se daturum sibi asinum si posset orationem dictam nichil aliud actualiter cogitans perficere. Qui mox ut ad orationem dicendam se accinxit cepit distrahi in hanc cogitationem scilicet de asini lucro. cepit distrahi in hanc cogitationem si sellam habiturus esset cum asino. Qui tandem ad se rediens et se redarguens instabilitatem sui cordis confessus est. Exemplum est aliud per peregrinationis estimationem que non requirit assiduum passum suorum dinumerationem. nec etiam quo perveniendum est actualem recogitationem. Videtur quod stat orationem sic et peregrinationem distestimari quo ad esse naturale. que estimata tamen est in suo morali sicut et cogitaverit pro statum deducere.

Sextadecima consideratio agit de habituali orationis estimatione secundum constantiarum respectum sive naturales sive morales sint

De habituali attentione amplius loquamur quod illa videlicet non semper sufficit ad estimationem orationis consequendam. Oportet enim

aliquem esse qui iam multo tempore proposuit actualiter et habitualiter retinet in actu dicere septem psalmos integraliter et attente. qui vel non dicit illos. vel interrumpit impetuosissime dicit. tali interruptione quod [illegible] moralis orationis unitatem habeat. Licet quelibet actio moralis sua unitate et estimationem moralem que constantiam ad bonitatem moralis requisita sit apponere et retinere in huiusmodi actione. Dum autem apponitur constantia malis moribus contraria quod moraliter mutat eadem actio in esse suo naturali sicut est idem motus peregrinando variat tamen in esse morali. Ut si quis motum peregrinationis convertit propter avaritiam et rapinam aut libidinem explendam. Et non in ordine voce apponit constantiam attentioni debite contrariam et impossibilem sicut cum proposito et assensu deliberato tunc est disestimatio moralis. Verum si nescienter et inadvertenter hoc fiat sequens indicabitur.

Septimadecima consideratio conclusive loquitur de morali et attenta estimatione et quo virtualis surgit ex actuali exemplificando. trahitque hec ad horarum dicendarum debitum. Et quomodo portetur eas iterari et que sit evagationis causa secundum intentionem meditationem traditionem

Preterea dicimus quod virtualis attentio seu cordis directio interrupta deliberate per actualem attentionem sibi moraliter contrariam sufficit ut oratio dicatur estimata in esse morali et moraliter et si non potest naturaliter vel in esse naturali. Est autem virtualis attentio quam genuit actualis qua cessante remanet eius virtus in corde orantis. Que scilicet virtus orationem sufficit estimare. etiam ubi cor evagatur actualiter et inadvertenter etiam circa multa. Exemplum primum hoc nedum cotidie sed in omni fere hora per momento. Exemplum naturale est in actu sagitte que movetur post quietem sagittantis. Et navis cessantibus naucleris remo sic hec oratio ars perfecte habituata que fregit in actione sua nequaquam deliberat. Docent hoc Cytharista scriptores et multi alii fere omnes. Elicimus quod doctrina utilem ex premissis. Quicumque orat moraliter orationem quamcumque ex sola vel de voluntariis non oportet repetitionem facere. Si percipit orans quod evagatur nec attendit ad verba vel ad similia. Si facit hoc ex inadvertentia et displicet sibi dum advertit. neque dicendus est

mentis tempore orationis vel adiutatoris obligationis sicut recitatorum
talem frequenter fieri. Credo super naturam et notariam precipue sit
quietibus laborat vel societate quibus oportet offendiculosum tunc
tenetur. Neque debent faciles super huiusmodi inadvertencia et oblivi-
one scrupulos sibi conformare. Aliquando namque potest cor sine quiete
esse quia mittitur ad impossibile sibi per naturam vel complexionem
vel consuetudinem vel fantasie turbacionem quam nunquam potest sedari nisi
diu quiescere sicut nec aer vel mare dum agitantur assiduitate
ventorum tempestuosorum. Addunt aliqui rationem dicentes sicut est in natura
sicut novas semper de se parit eadem formas reales in materia sic
eadem a celestibus influencijs et intelligencijs novas ingerit for-
mas intencionales, agitat et renovat in organis sensuum
interiorum, que sunt sensus communis et fantasia et estimativa que
in speciali similitudine recipiunt irradiaciones corporum su-
periorum et ut volunt aliqui intelligenciarum. Attamen quantum
et quousque predictum hoc veritatem habeat maiorem requirit investigationem.

Octavadecima consideratio evagationis petit quid in oratione committitur distinguibiliter et docet quod illi qui in secreto orant vel in societate vel religiosi vagant super distinctione et negligentia.

Quaerimus autem ex parte [illegible] experimento communi cum
consensu et sentimus habere evagationem mentis. Certa si tolle-
ramus [illegible] vel sentiendo consentimus, secundum summam a peccato mor-
tali venialia non omnia quis evasit. Si autem deliberato consensu
rumpimus attencionem actualem in oratione hoc potest fieri dupliciter
vel non progrediendo in oratione sed eam suspendendo quousque
cessaverit actualis evagatio vel attencio circa aliud, quod fieri
prodest et salubriter consulitur. Exemplum de eo qui orat solus vel cum
illo qui eius moram seu distinctionem tolerare potest. Et si in
dum sentit aliquis in orando se vehementer tractum cogita-
cionis bone et honeste sicut predicatoris faciende aut de opere
inquisito ab alto aliquo super ratione sibi facienda sive de rei
domestice vel officijs sui [illegible] urget ut in hic comoditate
ut eidem [illegible] intendat. Potest orans in hiis et similibus
casibus vel causis oracionem verbalem intermittere aliquando diutius
aliquando brevius et redire postmodum ad continuacionem absque ulla pre-
cedentium verborum repeticione mente interrupta actus

nalis vel mentalis continuatio circa videtur. Neque fructum orationis penitus
aufert vel minuit. Porro si quis orationem agere debeat in com-
muni sicut in ecclesia fit, non suppetit talis interrupcionis actualis
libertas, qui non ita redire potest ad passum quem deserunt resu-
mendum. Sufficit tamen in casibus multis bona quedam et pia
causa, quia non emenda esse que fuerunt omissa, satis excusat.
Ut si unum aut duos vel tres versus alicuius psalmi dimiserit,
si resumere voluit, utrumque turbabitur in aliis continuandis.
Et ideo consultius tunc quandam cordis penam ulterius progredi. Hoc
specialiter observandum videtur apud religiosos, quod superiores
eorum talem eis indulgenciam concedentes immo suaderent ne
multorum fuerunt tales qui quorum orationem magis turbaretur quam
sua resumpcio sollicita et anxia proficeret. Etiam data indulgencia
nulla fit transgressio. Additur quod non oportet in foro penali dare
formalem illius quod obmissum est repeticionem ut prima pro se prima
tercia pro tercia et cetera, sed sufficit quod aliquid equivalens surrogatur.
Additur preterea quod non tenetur debet orans fovere sibi scrupulos
super oblivione illorum que protulit aut proferre debuit, quia
memoria et remissencia non cadunt nisi super illa que per re-
flexionem super actus nostros vel cogitaciones consideramus,
quales reflexiones non fiunt continue nec ut frequencius.
Sufficit igitur ad quietacionem sibi unicuique faciendam pro-
babilis coniectura.

Nonadecima consideratio dicit quomodo propter evagationem orans particularis vel iterare teneatur et quis sit modus orandi in istis regularis.

Oratur denique si quis ulla dictaverit que sub precepto cadit,
offerendo interrupit per actualem attencionem ad aliam evagationem.
Gracie orationis attencionem continua stetur et tunc proposito sit quod advertit
huiusmodi distractionem et eam non curat repellere,
sed nolit progredi in oratione talis vel peccat ut resumere debet
illud quod in tali voluntaria distractione prolatum est. Nichilominus
attendendum videtur in casibus nonnullis quod non oportet orare
semper conamine tota sollicitudine continue cor sine infra ver-
ba et sensum vocalis orationis, quam tolerari possit evagacio quedam
seu potius cordis laxacio sine forti conatu repressionem co-

cogitationum hac inde illac fluctuantium et hoc uel propter lassitu-
dinem nature et crebri[?] compassionem turbatam uel propter cursum velocem ora-
tionis uel quia de sensu verborum illorum forte difficilium etiam apud
peritissimos theologos vix intelligitur uel numquam contingit. Sunt
qui per ambulando fiunt minus grauati uel desides in oratione sin-
gularis tamen obtinent et continent propter stabilitatem cordis in orationis
attentione stando uel sedendo uel aliter honeste se tenendo
quam corpus agitando

Vicesima consideratio agit de affectu ad deum habendo in oratione
que et tradit in ordine ad nonam ordinem

Superest uidere de attentione que fit in affectu ad deum
uel ad spiritualia aliqua que alia non significant verba ora-
tionis que proferuntur. Innuit quippe scriptum apud nonnullos
dominum Bernhardi super cantica ubi prohibere videtur attentionem que-
libet ad alia quam ad orationis significat et verba etiam si salutaria
videantur. Sicut exemplum dat de recogitatione peccatorum
suorum. Et addit quod ... debitor est omni verborum orationis
que dicuntur uel cantantur siue a sua siue ab altera parte. Vide-
tur hoc alij dicere sub alijs verbis nolentes quod actualis at-
tentio excedat[?] ... terminos et limites orationis que dicitur
si dicatur beatus vir qui non abijt in consilio impiorum et non
aliud cogitet. Et quamuis multa sint in psalmis que nulla
uidentur habere inspirationem[?] aut apparatum ad orationis materiam
nichilominus ostendit Hugo de sancto victore in tractatulo suo de
oratione compendiosissime et sententiosissime componens quibus
omnia trahunt ad orationis formam et modum. Sed non omnes docti
... hac prorsus[?] in peticionem deducere. Verum huius inquisitionis
terminacio difficultate habet plurima propter diuersos orantium mo-
res. Et ne quilibet usum parcium sibi uellet pro regula generali de-
... habet ... dum aliqui faciunt et facere possunt uel tamen
id quod apud alios indecentem cedit siue in detrimentum. Veri simi-
dicimus quod cor assuetum et affectum per contemplationes potest in aliam sur-
sum rapi stare uel uersari quam sonat orationis sensus uel va-
... fit et utique orationis sit in eleuatione mentis in deum per
pium et humilem affectum ... in hoc stat uel versatur pre-
cipue adipiscitur orationis. Ita tamen ut dum nobis oratio data sub pre-

cepto illa non omittatur aut non contempnatur ab alio prolata
audiri. Si uero non inuenit tale preceptum ... sa-
lubris aliquid dimittitur uel habeat orationis quam profert de aliqua
qua propter humilitas loquentis et verborum sacramentum supplementum
... in orante affectu. Et ne nimis assuescat aliquis ora-
cionis refugere uel horrere uocalem uel in labore tali satisfactorie pe-
nalem ... habeat seu penalem

Vicesima prima consideratio docet exemplis in oratione cito ad cor
ab euagationibus esse reuocandum et quid ille agere debeat qui
expressime in horis canonicis distrahuntur et quomodo sit diuidendo

Videmus per certa ... plurimos quos euagatio cogi-
tacionum passim occurrencium sine lege et ordine non
impedit ex toto quin facilius et cito cum dant operam se recol-
ligendi redeat ad recogitandum illam que ... orationis ex-
primit. Ita quod cito cor sit diuersus a ... ad se re-
uertitur sit longe facilius et diuinius ... assueta contempla-
tioni. Propter per diuersa perspicienda ... se transferre nunc in
celo sursum nunc in terra deorsum nunc velut in luce clara. Postquam
cor ipsius sit nichilominus reuisio cum omni facilitate in ea ipsa que
pronunciata sunt aut que dicuntur attendenda. Sunt alia duo unum
bonum aliud malum alterutrum quibus cor impeditur ne dirigat actualem atten-
tionem uel intentionem suam super orationis sensum uel verba. Unum est me-
ditatio et hec quidem in se est bona qui est bona versatur ...
loquendo non est meditatio sed ... et curiosa perscrutatio. Aliud
est forte habitatio que versatur circa res aliquas terrenas inu-
tiles uel nocivas cogitando ut phylocaptus cogitat de
amica, auarus de lucro uel dampno, iracundus de vindicta et
sic de reliquis. De secundis istis non oportet dubitare quin impediunt
plurimum affectum orationis attentatoris. Talis habitatio ita
ut quis nedum unum psalmum uel sic sed totum psalmum ...
unum hoc spacium que decantatur velut in obliuione deponitur
quem tamen obliuio uel euagatio si non placeat dum aduertitur
sed vinci queritur in religiosis non obligat ob auditum ad reitera-
tionem faciendam de necessitate quamuis absque precepto non fuit. Re...
tradit preceptum ecclesie super orationem nolens quod fiat cum actuali inten-
tione nec de ea iudicat sicut nec obligat cum fieri ex caritate

Oportet etiam quod deliberato et expresso consensu non interrumpat vocaliter vocalis oratio que data est sub precepto

Vicesima secunda consideratio agit et solvit de meditatione fructuosa an tempore orationis debeat admitti

Porro de meditatione que est fortis et vehemens cordis attentio ad aliquid in memoriam, difficilius est diffinitive loqui et universaliter. Cum videlicet meditatio celestium bonorum sive donorum sit voluntarie admittenda cum vocaliter orandum est. Verbi exempli gratia dicat aliquis: Domine ne in furore tuo arguas me neque in ira tua corripias me. Miserere mei domine quoniam infirmus sum. Et occurreret sibi in mente triplex iudicium dei. Unum in inferno, aliud in purgatorio, aliud in hoc mundo. Et exerceret ipsum in meditatione fortiter et voluntarie et studiose quomodo possit secundum hec tria duci in affectum cordis, horrendo iudicium inferni, timendo iudicium purgatorii, querendo iudicium in hoc mundo per misericordiam dei dicens: et fiat meum fructuosum manus tua domine et sedeam in iudicio possideam diligentium nomen tuum. Et universaliter si talis innovatio fieri possit aut aliquid debeat voluntarie tempore orationis debite. Verum si fiat inadvertenter et absque consensu deliberato constat quod non obligat ad reiterationem et nunquam est viciosa huiusmodi situatio. Et ideo apparet et videtur tutius esse attentis attendendis quod huiusmodi meditatio voluntaria non debeat admitti tempore orationis debite sed vel differri vel in aliud tempus reservari.

Vicesima tertia consideratio ponit causas quare tot sunt orationes institute a religionibus

Quo circa insuper aliquibus quod multiplicatio tanta orationum vocalium qualis observatur in multis religionibus inhabilitat et impedit a perfectionis inquisitione que perducit ad contemplationem de qua loquimur. Verum meditatio medium est ad contemplationem de qua forte intelligitur: quoniam sicut cogitatio vertitur in meditationem per fortem et vehementem cordis applicationem ad aliquid bonum, sic fit meditatio tandem contemplatio per habituationem radicata et multiplicata. Ipse qui potest capiat. Hinc itaque rarissimi valde inveniuntur homines tam religiosi quam seculares precipue in adolescentia et iuventute ydonei ad contemplationis adeptionem. Propterea sancti patres videntes imperfectionem istam et attendentes quod difficile est otio bene uti, voluerunt occupationes bonas dare hominibus suis ferventis hoc in orationibus et canticis multis.

Vicesima quarta consideratio loquitur de illis qui per excellentem meditationem impediuntur vocaliter orare, et de illis qui multum ingemiscunt; de laicis etiam quid in festis agere debeant eloquitur

Amplius nos quedam obligant assistere cum aliis fratribus ad orationes vocales quemadmodum sunt layci vel etiam aliqui religiosi non obligati, contingit quandoque in sequi ut dispensatur cum eo propter tantam relaxationem ut ad potiora se sublevent. Illi tales orationis tempore possunt in meditationibus melius quo poterunt se exercere. Talis erat Augustinus qui delectabatur mirabiliter in cantibus ecclesie bene sonantibus et influebant voces ille in aures suas et eliquido illabebatur veritas in cor eius, nisi forte ubi tunc erat magis dicendus contemplatione quam sola meditatione sublevatus. Amplius si quis fuerit excitatus in aliquo per contemplationem circa divinum aliquid vel in lectura est quod in illo semet exerceat orationis vocalis tempore quam ad novam contemplationem spem per meditationem nove studium se quietat. Differat hanc igitur se volente cordis meditationem in tempus aliud. Suspirans et gemens quod ea tunc admittere sibi non conceditur et dicat sibimet ipsi: Parum hominis melior est obedientia quam meditatio. Potens est deus reddere michi maiorem redemptionem. Et si non hic forte reddit, certissime tamen in alio seculo ubi fiet nobis laudis sine perturbatione qualibet in cordis ipse retribuet. Deinde cognoscant et observent omnes tam clerici quam layci quod nos per certis diebus dominicis et festivis necesse domino servitio quam non absolvunt ab hoc debito cum scientes fabulationibus inter dum et multiplicationes verborum se constringunt. Contra necdum consensi sunt preceptum et alios impediunt et in ecclesia sanctissimo dei tabernaculo scandalum in honorationem quod faciunt. Studeant igitur ut sedeant et si non vocaliter orando saltem in modestia quiete et silentio advertant considerantes vel ea que dicuntur ut canuntur. Sed quia nisi peragunt in ritibus et vestibus sacris que precipue putant et ita de aliquis

Vicesima quinta demonstrat utilitatem doctorum tam antiquorum quam modernorum suis sub consideratione traditorum tam affectum quam intellectum defunctum et redarguit doctores modernos eo quod non dant operam tradendi scripturam aliis per affectus inflammationem

Deinceps attendatur quod premissis et aliis similibus dubiis re-
solutione diffiniendis, quod doctores sancti potius in tuis
rethoricis persuasionibus in aggravacione viciorum et laude virtutum
non ita tradiderunt resolutionem moralium materiarum, ymmo mere spe-
culabilia sicut doctores recentiores, qui per questiones et ar-
gumenta processerunt ad utramque partem et per decisiones sen-
tentiarum insistendumque illius doctrine [illegible] ad eruditionem
intellectus, licet [illegible] inflammationem affectus efficaciores aliqui
iudicentur. Addita hac sapientis admonitione, Que tibi pre-
cepit deus illa cogita semper. Sed non obstat multi theologorum
nostri temporis, qui de moralibus quasi de rudibus materiis stu-
dere vel inquirere non dignantur. Oriens inquiunt talia rudi
volumus. Cum tamen nulla sit ad cognoscendum bene et reso-
lute scientia difficilior [illegible] constantiam [illegible] varie-
tates. Nec est aliquis tam excellentis ingenii [illegible] a puericia
in hac scientia tam exercitatus, qui non inveniat quod novis cotti-
die [illegible] non ita plane [illegible] et [illegible]
cognitorum [illegible] Aliquin deficiunt scrutantes
scrutinio [illegible] hoc permittente. Similiter quod passio-
nibus sit alienus qui de moribus iudicat

~~Explicit tractatus de oratione~~

Dubitatum est apud me frequenter et diu, presertim
post susceptum sacerdotium, si quis nocturno pollutus
sompnio, a celebrando missam cessare deberet.
Expertus sum similiter multos, presertim religiosos
et novissime quendam presbiterum, tali dubitationis scrupulo non
parum turbatos. Dum ex una parte eos ad celebrandum tra-
hit devotio, ex alia timor offense retrahit, tandem estus super
hac re tercior, tum ex sanctorum doctorum lectione, tum expertorum
et virtuosorum consultatione et exemplo, tum postremo ex ipsa
rationis et experimentalis cognitionis attestatione, inductus sum
consideraciones aliquas breves et non prorsus inutiles super
hac celebrationis materia componere, eas iudicio melius et
sincerius sapientum supponendo. Considerationum huiusmodi, quedam
erunt assertorie, quedam per directum responsive, precor autem
dari veniam, si forsan improvisus loquendum sunt, cum morbus
talis est, qui vix aliter detegi, vix pulchrioribus meditationi-
bus sanari potest.

Nullus habet certitudinem evidentem absque dei revelatione
speciali, quod sit sufficienter dispositus et dignus ad celebran-
da misse misteria. Patet, quia tunc posset aliquis evidenter
cognoscere se esse in gratia gratum faciente, et quod sufficienter fecit
quidquid requiritur ad hoc quod sibi deus graciam hanc infundit.
et quod insuper nullum ponit obicem et excepte aliqua ad huiusmodi gra-
cie perceptione. Deinceps sciret evidenter quod rite constitutus
esset sacerdos, ad habendum potestatem nullatenus impeditus
et similia multa, que sunt pure contingentia, et que sciri non
possunt infallibiliter absque dei revelatione speciali. Preterea
quis nesciat posse fieri, ut homo detur in reprobum sensum
ex demeritis precedentibus, et non videat peccata sua. Et ita nichil
sibi conscius sit, non tamen in hoc est iustificatus, prout apostolus fir-
mando testatur, forsan est talis coopertus ipsi Amon superbo
qui ad convivium Hester venit, reputans sibi hoc esse ad ho-
norem proprium, quod sibi erat ad suspendium. Timendus sit si est
auditurus: Amice ad quid huc intrasti, non habens vestem
nuptialem. forsan talis demens animatus est, inter illos
de quibus propheta non tam in [illegible] quam comminatione dicit fiat
mensa eorum coram ipsis in laqueum et in retributiones et in scandalum

obscurentur oculi eorum ne videant, et dorsum eorum semper
incurva. Effunde super eos iram tuam, et furor ire tue comprehen-
dat eos, fiat habitatio eorum deserta, et in tabernaculis
eorum non sit qui inhabitet. Videns quod extimescenda sit
mistico sensu utimur contra quosdam ad sacram eukaristie
missam accedentes indicatur propositum ut dicitur obscuret
oculi eorum ne videant. Et conformiter ad hoc apostolus inquit
unusquisque indigne inquit manducat et bibit
nunc et minatur. Cum indigne inquit manducat et bibit
iudicium sibi manducat et bibit. Et rursus propter hoc inter
vos multi egri et imbecilles, et hec dormitio magis
ad animam quam ad corpus referende sunt puto. Constat
autem quod hec omnia certitudinem evidentie tollunt ab aliquo
respectu sua ad celebrandum dignitate

Ad digne celebrandum et absque temeraria presumpcione
et imputabilitate ad novum peccatum non requiritur
talis evidentie certitudo super celebrantis dignitate, quia
quia tunc nullus quamquam purus et iustus debet celebrare
nec posset hoc absque discrimine si ei non fieret revelatio spe-
cialis. Sufficit ergo certitudo talis, qualem in materia mora-
li consuevimus experiri et capere, que certitudo potest appellari etiam
moralis aut civilis sicut prudentes loquuntur philosophus primo ethicorum
in capitulo. Disciplinati enim est in tantum certitudinem inquirere
secundum unumquodque genus, in quantum natura recipit. Ad hanc
certitudinem moralem sufficit ut plurimum quod homo accedens
ad missam discusserit conscientiam suam, sicut fecisset quod magna
re lucranda, aut incommodo gravi devitando, et quod non
sit sibi conscius post hanc discussionem de peccato mortali
aut de proposito peccandi mortaliter. Et insuper non nostrat
se aliud impedimentum legitimum per excommunicationem aut irre-
gularitatem here. Consentio itaque in hoc cum durando in 4°
sententiarum di. xl.a quod talis etiam si esset in peccato mortali nesciens
nec de eo expressam ageret confessionem, reportaret unum
ex duobus, aut sibi remitteretur tale peccatum virtute sacramenti.
Et quod videtur facere quod in se est ad eius deletionem, non
enim deus requirit ultra posse, aut fieret sibi divinitus illustra-
cio, et recognitio sui peccati, quibus per primam illud deleret, quem
modum multis contingere comprobatissimum est, qui initio suo

sacerdocii, dum celebrationem continuat in rememoratione
redeunt complurimorum, et occultissimorum peccatorum, similiter invenit
gratiam illi, qui noviter ad frugem melioris vite toto corde
se preparant. Porro talia peccata in recordationem venientia ex
irradiatione superioris lucis, in profundo abisso ante non ideo
tales confiteri tenentur quod non prius deleta esse potuerunt
modo predicto, sed fit hoc ad obediendum tali precepto de confi-
tendo semel quodlibet peccatum inmi, quod et dum distincte
cognoscimus

Non omnis scrupulus aut dubitatio de peccato mortali
neque omnis inclinatio aut de ordinatione, aut non atten-
tio impedit de iure celebrantis dignitatem. Patet quia
certitudo moralis, quale predixinus, sufficere compatitur secum
fluctuationem quandam animi, aut hesitationem, aut suspicionem
seu scrupulos, quod homo non sit sufficienter dispositus, aut
quod impedimentis ligatus sit. Compatitur et de ordinatione
aliquam propositum virium inferiorum et legis cytamere membrorum
que non est sepe subdita iure peccati. Ex qua causatur inde-
votio quedam, que non plena semper et actualis semper attentio
non consentiunt, nec obinde peccato maculari iure est, ne
peccator. Et si quis opposuit, quod dubitans de aliquo an sit
illicitum, et stante dubio, illud agens peccat, quod se discri-
mini sciente obicit. Respondeo cum domino wilhelmo antis-
siodorensi, regulam hanc inferalem, intelligendam esse de
dubio tali, quod est vehemens et magis, aut eque saltem
inducit mentem credere, quod est mortale illicitum, sicut quod
est licitum. Secus est ubi mens plus inclinatur et inducitur
quod est licitum quam illicitum, quamvis non habeat usquequaque
certitudinem evidentie, aut fixam, quia nec hec ipsum
requiritur. Sunt itaque nonnulli et plures, qui fortis sunt
fantasie, qui proterea sepe trepidant timore ubi inducat
non esse timendum. Tales debent inniti consilio superiorum
et prudentum, et contra talem ipsorum vacillationem audacter
operari sit enim plerumque vincentur ab ibitur. Cum vero re-
mittunt credere superiorum et prudentum consilio, ad tales scrupu-
los deponendos et agendum contra eos errat multipliciter
Primo per superbia et arrogantia preponendo iudicium suum et

Quod non omnis scrupulus cum dubio de peccato mortali peccat mortaliter

Quod scrupulosi debent acquiescere aliorum consilio

Cum non malum sit non acquiescere se...
morem consilio

Prudentia aliorum iudicio et consilio. Rursus talis vix ant
umquam devotionem hebit solidam, nec pacem conscientie sue
a talibus. Et per inde carebit locus anime sue hospite illo
de quo scriptura dicit, quod in pace factus est locus eius. Dicunt doc
tores aliqui quibus assentio, quod aliquid non tam intuendum est
credere, sicut velle credere, nec dolere sensualiter de peccatis, sicut
velle dolere et non posse. Desiderium pauperum exaudivit dominus
inquit scriptura, preparationem cordis eorum audivit auris tua. Deus
itaque iudicat nos, et secundum superioris rationis arbitrium voluntatem
et iudicium, et non secundum ea que nobis invitis, quod nitentibus potius
sensualitatis inferior advehit et producit, qualia sunt volu
bilitates ymaginationum et fantasiarum stimuli. Insuper rationis
illecebrosus alias vindicatates vacillationes. Preterea timide et
inerte super agendis aut super eis credendis, que mentis neglig
sensibus attinguntur et consimilia. Decipiuntur et hac multi
ex simplicibus qui distinguere nesciunt inter ea que potius anime
superior agit consensum, et ea que potius inferior patitur absque
superioris assensu. Daret ideo sepe aliis salubre consilium
qui nesciunt illud prestare sibi quare sic est, obturbat eos
passionum simul irruentium tumultuatio et rixantium. Quo
tiens memorandum est beati Bernhardi super hac re consilium.
Erat ex discipulis eius quidam tantis inquietantibus scrupu
lis, ut ad celebrandum nullo pacto auderet accedere. Dixit
ei devotus et circumspectus Bernhardus, postquam hec
precepit: Vade frater et in fide mea celebres. Obedivit dis
cipulus et scrupulus ille omnis penitus discessit. Laudanda
prorsus et imitanda tam istius patris industriosa fiducia quam
illius fratris fidelis obedientia. Dicet aliquis: exemplum erat
a ... Utinam talis esset meus abbas ut prior qualis erat
Bernhardus crederem faciliter imperanti. Nunc vero dum superioris
mei parvam sapientiam conspicio, non audeo meam conscientiam
et salutem sue fidei tali pacto committere. Quisquis ita dicis
et sapis, erras et dessipis. Non enim commisisti te et salutem
tuam in manus hominis quia prudentis aut perfectionis tamen
et devotus, sed quia tibi est secundum regulare institutionem prepositus
et prelatus, quamobrem obedias sibi non ut homini, sed ut deo
iubenti, si tamen non contra deum, et sepe tanto erit obedientia
tua placentior deo, tibique fructuosior, quanto est indignior

ille cui propter deum subiici non refugis. Caveas ad extremum ne du
cturis securitatem, nec illam adquisitaris et in grave ruas
diiudicationis et presumptionis foveam etc.

Contingit ut possit aliquis eodem tempore ad celebrationem
laudabiliter accedere, posset nichilominus laudabiliter absti
nere, quo tamen servum laudabilius est quam secundum. Patet prima
pars quando aliquis est sine conscientia peccati mortalis aut
alio impedimento, et non est obligatus ex officio ut aliter cele
brare, tunc habet utrumque in sua voluntate facere licenter atque lau
dabiliter. Utinam ut cum centurione dicat: domine non sum dignus,
vel cum Zacheo dominum confidenter invitet. Secunda partem probo cum
Durando in quarto summarum d. xij q. vj. Celebratio quippe de per se
est opus bonum, abstinere autem ab ea si sit bonum, magis est in
ordine ad indevotionem suscipientis quam de per se. Rursus cele
bratio habet efficaciam magnam ex virtute operis operati, propter quam
non tantundem voluntas videlicet sola celebrandi, sicut par vo
luntas actu celebrantis. Addit itaque opus hoc exterius
aliquid bonitatis ad bonitatem propter mirum passionis Christi. Pro
pterea dici solet opus privilegiatum. Amplius ille qui cele
brat in operis executione magna adipiscitur devotionis prout
nedum et dum solet occupari. Dicitur insuper a virtute nobi
liori sic agendo videlicet a caritate et dilectione huius sacramenti
quam non celebrans, qui timore potius se contrahit. Et si
quis dixerit vacationem a celebratione ideo fieri, ut ipsa post
modum reverentius et devotius quam rarius impleantur, fate
mur posse sic evenire. Sed potest ex adverso contingere quod
talis subtractio removebit habituationem ad bonum. Cuius effectus
est secundum philosophum delectabiliter operari. Signum inquit acquisiti
habitus est delectatio in opere. Evenit insuper plerumque illud domini
Nasonis: Qui non est hodie, cras minus aptus erit. Dicit hoc
hodie, parum devotus es, parum recollectus, plenus temptationibus
et a carne mundo ut demone. Credo equidem si agnoveris
quod non dormiunt qui te persequuntur, et cras idem erunt tibi ad
versantes hostes, tueque devotionis insidiatores, quales sunt
hodie. Quo circa non irrationabiliter consuluit sapiens quod
cumque potest inquit manus tua instanter operare, nescis enim

quando tale tempus ad laudabiliter celebrandum tibi concedetur
quale modo habes, et si utrumque habes utrumque melius. Estout
fuisti in hac vel in illa re defectuosus, cur nonne desistis in non
celebrando super indignitatis, sed frigidus sum dicis aut tepidus et sic
Sepe suscipit minime celebrationis, homines quam devotum et fri-
gidum, quem in fine celestem dimittit et fervidum. Corpus christi
ignis est spiritualis, accede fiducialiter ad hunc ignem calescetis fri-
gidus. Audiamus oratorem Ambrosium et dominum alloquentem, grave
est, quod ad mensam tuam mundo corde, et innocentibus manibus non
venimus. Sed gravius est si quod peccata metuimus, sacrificium non
reddimus. Refert narratio sanctorum patrum de quodam qui non nisi semel
in anno celebrandum censebat. Contra quem sui patres repugnabat
arguentes quod tunc dignum se reputabat et disponi, qui semel
in anno celebrabat et ita presumptuosus erat, aut indignum tunc
in anno celebrabat. Cur ergo non potius
se fatebatur, et nichilominus tunc accedebat. Cur ergo non potius
alios similiter plures hec sacra confice, quamquam de se se sciret
indignum. Si satis est semel itaque cum timore dei celebrare, cum
eodem timore poterit esse sepius celebrandi licentia, fuerunt nec
ignoro sanctorum aliqui, quos etiam raro compescuit ne celebraret
metus, sed particularia hec sunt quorundam veneranda magis
sunt quam in exemplum trahenda. Postremo non
sunt pia in celebratione, quam in exemplum trahenda. Prout
sunt nescimus, diversa esse dona et variationes in diversis. Prout
spiritus suus voluit, et alter indisponitur per interruptionem cele-
brationis et vix sese postmodum recolligit. Alius ex eadem
frequentatione redditur indevotior, et ex tali familiaritate
promptior ad contemptum. Quapropter interroget unusquisque propriam
conscientiam, tunc per experientiam et prudentiorum alicuius consilium id
quod oportunius conspicit exequatur. Hinc dicebat egregius
doctor augustinus. Cottidie celebrare, nec laudo nec vitupero
ipse tamen et alii consulunt sic vivere ut simus cottidie digni accedere

Nulla pollucio inchoata et perfecta in sompno peccatum, per
ex famosa augustini regula, quod peccatum a deo est voluntarium
quod si non esset voluntarium non esset peccatum, et intelligitur de actuali. Rursus expressius est ista determinatio eiusdem primo de civitate
dei capitulo xxv loquentis de violenta corruptione virginis alumnus
quanto inquit magis absque culpa est in corpore non consen-
tientis. Si absque culpa est in dormientibus, dicentes oppositum non

solum contradicunt theologice, sed etiam philosophice determinationi nec
habeant quid respondeant si fiat eis argumentum de furiosis
et infantibus, et aliis non utentibus ratione, quos patet non pec-
care nova transgressione, concors est omnium sapientum sententia
Non dicimus si pollucio inchoata sit et perfecta in sompno, quin
possit aliquis vigilans impure habere desiderium se polluendi
quo incipere caderet in sompnum, in quo sua pollucio completur,
Potest similiter pollucione in sompno incepta expergiscens
male consumare. Constat autem in hiis casibus radicem pollu-
cionis liberam atque flagiciosam, propter quam opus illud obscenum
imputabitur ad culpam. At vero si utrobique fuit in principio et
fine carentia rationis usus aut consensus liberi, erit utique
talis actus etiam si vigilando completur absque culpa mor-
tali. Palam est ratio, quod libertate carebit. Poterit forsitan ali-
quis peccare postmodum complacendo sibi in tali voluptate
probrosa quam non habuit, non obinde tamen reddetur prior actus
pollucionis culpabiliter viciosus. Posset etiam aliquomodo placere
secundum sanctum thomam, non quod voluptas est sed sanitatem quam nature
affert et exoneratione, absque sui qui parit commixtione vel
assensu. Denique non consulunt sed quod debeat violentur fluxus ille
dum evigilando sentitur iam effluens, coherceri, quod ut esset
frustra conatus huiusmodi, ut nature supermodum gravaminis. Confir-
matio omnium est ista, quod actus exterior nullum peccatum est, nisi per
denominatione extrinseca et pluribus verba quam non dicuntur sana
Si nullum sit igitur, ut omne peccatum dicimus, peccatum dum libertate non
utitur, non erit proprie actus exterior viciosus. Neque in negabimus,
quam per crapulam aut per cogitationem illecebram vigilie
possit aliquis in hac corporali sordicie precipitari, sed culpa
tunc vigilia non sompnus habet, quamquam et crapula et delectatio
voluptuosa letali crimine sepe careat et potest ante sompnum
deleri penitendo

Pollucio corporalis in sompno contingere potest, non solum
absque peccato mortali precedente, ymo et ex inditio. Patet
ex distinctione famosa, data per gregorium et alios tam theolo-
gos quam naturales. Evenit enim non modo ex hoc, immundicia
ex infirmitate, aut debilitate nature, exonerare se non
volentis, aut retinere non valentis. Nam est preterea aliquis

fluxus fere talis in viris aliquibus qualis femine patiuntur
in menstruis et fit cum nulla aut cum remississima voluptate
etiam vigilando. Fit insuper aliquando aliquis fluxus tanta lu
bricitate et facilitate in aliquibus viris et feminis ex solo affatu
aut alloquio aut levi cogitatione provocatur, quis ergo dixerit
apud tales multos et remittentes aut nullomodo consentientes
ab initio usque ad finem, peccatum mortale committi. Non enim omnium
est una complexionis armonia. Quosdam videmus nasoque
levissima aut nulla occasione defluere sanguine. Alios cum
violentia multa, id non pati sicutque. Cognovi homines septuagesimum
quinquagesimum et sexagesimum, et valde scrupulosum fuisse qui nunquam
se pollutum dormiendo testabatur et in aliis mirabatur. Alium
se pollutum dormiendo testabatur et in aliis mirabatur. Alium
vidi religiosum et sobrium qui perdecennium et amplius fere
cottidiana hac passione vexabatur. Quidam vir septimanatim
dormientes, alios sompnia inquietudo exagitat. Sed omittamus
hec et silia, quorum determinatio medicos plus aspicit et sollicit
remedia quamquam michi confessus fuit unus ex medicis
et famatissimus se pridem ad medendum tali nocturno fluxui
in aliis studuisse diligenter, sed frustra laborasse. Nos
autem moraliter seu theologice loquentes declaremus quo pacto
possit ex inicio precedente pollucio nocturna contingere. Ponimus
quidem ex arta continentia in pane et aqua, hoc eveniret
cum fecit experiencia. Amplius aliquis hac vivendi carnis
predicando detestatur, non super illo cogitare posset aut
similiter confessiones audiendo, posset vincere et ad inicio
magno, nichilominus occurrere videbitur in sompno, non interrumpere
excogitare in pudicarum simulacra et ipsum ex illis sicut ex
alias impudicas ... Adducunt
aliis de pollucione contari posse quibus negavit. Ad fal
sum prees, quorum fuit ortus mentis terrere et aptius, ad fal
laces insidias demonis intuendas. Nonnunquam has speculaciones
fieri illusione sua, ut ad terrendum, et inquietandum timoratos
consuetudine puritate, ut pro bono operis, ut celebrationis
impedimento, ut ut vigilanti placeat quod sompnias protulit
vel ut abstinentiam scrupulosam, et indiscretam vite rigore
suadeat, et ad infamiam precipitet, vel ut deo gracias vel
penitentie, devotam mentem sic excreat, ut ex tali fedi ...

alias duo
simulatum, in humilitate custodiat. Hoc in loco dominus Greg[orius]
dicta memoranda sunt. Primum est quod sepe tales polluciones
animus nesciens pertulisse, magis dolendum est quam fecisse.
Secundum quod bonarum mentium est ibi culpa agnoscere ubi culpa
non est. Sic tamen agnoscatur culpa, ut non indiscrete impediatur
operatio iusta, neque corporis debita sustentatio deseratur.
Ne preterea aliquis conscientias fabricet, et mutat errore
as, ne cadat in scillam, cupiens vitare caribdim. Paciet
ergo aliquis fortassis hesitationes varias, dum ad comedendum
dum ut dormiendum accessit dicet quod pollueris, si hoc et
hoc non obmiseris si non te ... Contempnat talia
natura est, qui dificile mail ... si non pare
ad aliis vincendi formam prudentem insequatur. Scrupulosis
quoque contra scrupulos agendum est, et fixo operis pede trac
tandum. Hac arte prudentem usus est ille, qui turbato
audam ... repeticione horarum suarum, si non assidue et
actualiter attenderet ad eas, iuxit primam hanc ad tempus
ne quodolibet horas semel dicas iteraret, nec enim requiritur
actualis semper attencio, sufficit habitualis seu virtualis non
interrupta fuerit et a proposito per deliberatam attencione.
Contra aliud periculum incopatibiliter mille surgunt apud aliquos
tales scrupuli more canum oblatrantes et lacerare inima
ces ipsos ambulantes per viam mandatorum dei, quod committere
et cophesie melius quam per contemptum negligimus. Tanti unio
sit contemptus iste timoratus, et regularem non absque primo
alius, per stimum superioris consilio. Alioquin timor immoderatus
facit casum aut precipitat in consulta presumpcio

Nulla corporalis inmundicia impeditiva est celebra
cionis de per se sed bene de per accidens racione coriamita
ne aliquis ut sequela maiorum patet sanctus prima pars ex
verbis Christi, si bene perpendat dominus racio Mt. xv. Non lotis ma
nibus manducare non coinquinat hominem. Et racio est, quia
nulla passio talis aut inmundicia exterior de per se procedit,
nec de necessitate peccato coniuncta, ut induces in pani. Preterea
qualis est inmundicia sordidior et abhominabilior corporalis
ut corporalis est, quam fames leprosum. Hec tamen non impedit

celebrationem praesertim si fiat in loco occulto. Idem sentiunt doc-
tores de menstruis mulierum, et de fluxu perpetuo aliquorum
virorum. Secunda pars declaratur dicendo, quod quaedam immunditia
corporalis coniuncta est cum immunditia spirituali secundum veritatem
sicut in regula a fornicatores habent. Et alia coniuncta tali im-
munditiae spirituali secundum quandam similitudinem, aut confor-
mitatem, prout est in somniis sordidis et impuris quorum non
peccatum est, sed similitudo peccati. Alia videmus immunditiam
cum horrore quaedam, et abhominationem quandam visa vel
recogitata generant, ut in leprosis, et in aliis pluribus, quamvis
nullam sentiamus inesse peccati veritatem aut effigiem. Postre-
mo alia est videmus, sicut in pedibus lutosis, aut facie
pulverulenta et sudante. Prima et secunda generant ut fre-
quenter in anima hebitudinem quandam discrasiam et deordinationem
atque indevotionem, quoniam sicut gustato spiritu desipit omnis caro,
sic econverso. Et amplius gustata carne desipit spiritus, et
fit carnalis, ad tempus longius aut brevius, secundum diversas
habitudines et complexiones. De his in figura datum est
antiquis, ut tales immundi separarentur ab aliis, usque ad
vesperam, et vestimentorum ~~lotionem~~ locorum, hoc excepto sic ex-
ponit, ut nisi prius ignis temptationis recesserit, reum
se quasi usque ad vesperam homo cognoscat. Constat atque
enim nullas tales institutiones quae ceremoniales erant ac
figurales ullatenus ad obligationem nostram trahendas esse
nisi iudaizare vellemus. Praeterea vespera tempus et loco ma-
nualis non ad litteram accipiendae sunt, sed tamdiu se re-
putet homo immundum, ut extra castra sedere, nisi forum
secedat, quamdiu tales motus viget, propter reliquiae. Exclude
saltem motus carnalitatis, et deordinatio atque indevotio.
Purgantur alii tardius, alii confestim lugent humiliati et
promptis lacrimis diluunt, et extirmant quidquid carna-
litatis contractum erat, et omne eius vestigium brevi la-
mento delent et abolent sordes. Tertia propter scandalum
ut horrorem, quorum utrumque de per accidens nocere potest devotioni,
ac potest eadem de per accidens celebrationem impedire, dicendo
scandalum ut horror, et ex consequenti indevotio celebrantis
aut assistentium vehementer praesumitur accessurum. Sed tunc ubi

sunt omnes excitati et perfecti apud quos nihil tale immundum
est —

Possibile est absque ulla reprehensione et cum merito aliquem
per somnium pollutum, sacrosancta mysteria contingere atque
celebrare, parte considerata ex deductione praedicta. Ad dig-
nam itaque celebrationem sufficiunt praeparatio talis, quod non relinquit
conscientiam peccati mortalis, aut impedimentum legitimum, et quod
devotionem atque reverentiam ad sacramentum penitus non
excludat. Sed pollutum modo dicto possibile est in se ista
sentire non longe post talem passionem, immo quod humilior
devotior, ordinatior, reverentior quoque ad sacramentum accedat. Con-
stat enim quod obscenitas ~~honoris~~ (humoris) istius cum sinus religiosis non
perpetuo durat, nec perpetuo a celebratione impedimur, et si
datur spatium xxiiii horarum, sicut Albertus defimare videtur,
ponit aliquis una hora peracto ~~effectu~~ effectum, quam alius
in multo pluribus. Et rursus non fiet ad celebrandum simili-
ter aptior. Porro si timeatur reversio talium illecebrarum et pas-
sionum, tempore celebrationis, potest utique et in omnibus contingere
ut ab aspectibus solis temporibus, ut ex corruptela naturae
vel ex diabolica operatione. Hic vera consideratio maxime
locum habet in religiosis viris et contemplativis, quorum
est ad deum facilis conversio propter fortem habituationem, propter continuam
subiectionem diu vigilantem. Raro autem apud saeculares vive-
ntes, aut nova bene vivendi forma inchoantes, tales
repentina, ut levius recollectio devotionis invenitur.
Cessare eos ideo aut tardius accedere ad sacramentum
hoc reverendissime tractandum conveniret. Habeat praeterea
locum vera consideratio ubi illusio daemonis nostram devotionem
impedire volentis praesumitur aliquibus indiciis, neque credere
debemus eidem, sed obviari potius. Ubi subinde timet ali-
quis sacerdos de scandalis si non celebret, ubi deinceps
aliquis tenetur celebrare, ut ex suscepto officio, ut ex
commissione, ut mutua vicissitudine et conformitate
ad reliquos, cum quibus vivit quemadmodum sunt religiosi
pene omnes. Attendendum hic quod nullus palam tenetur ipsum
defendere, ut infirmitatem occultorum prodere, ut plerumque cautius
est atque discretius eligere, prodit se ipsum talis non celebrans

scandalisatque, et cogitaciones varias ascendere facit in
cor aliorum. Nolo tamen preiudicare sicut nec possum nec de
beo, per hoc dicta mea quoque institucionibus religiosorum:
si alique sunt ad oppositum. Verum est nempe illud apostoli:
quilibet in sensu suo habundat. Sed dixi quod michi dicere
posse videtur, si nuda cogitetur veritas, apud hominem lib
ertatem legis Christi. Opponet forsitan aliquis de forma
ris, quod simul in brevi possent recolligere se, et omnibus per
religiosis aiam extergere, posse ymmo celebrare. Opponet
aliquis de coniugatis apud quos possibile est, primum in
sua coniugio non committi, qui in actione separari videtur.
Ad hoc dicere possumus primo ad ultimum quod doctorum famosis
simorum sententia est, tales coniugatos si attendunt ad devotionem
festum diebus sollempnibus non peccare, qui ut affectu
complexis coniungendi vel reddendi debiti, aut in continencie
vitande causa coniuncti sunt nec obstantibus aliud
est. Ad primum communi alia non dicimus nisi quod rarissimum
hoc erit. De hiis vero que rarissime aut nunquam eveni
unt, doctores parum tractant, si tamen immineret grave scan
dalum pro obmissione, si preterea grandis contricio con
curreret, si denique magis ex surrepcione diabolica, aut
vehementi temptacione, tale flagicium hic apud se receptum
commisisset. Audiat qui profundius sapit talem perhibe
fateor, non audeo michi casu et aliis, sicut perspicuum est
expressis, relinquendi sunt intra sue consciencie et iudi
cio, circumstanciis omnibus quas prudencia inspicit indagat.

Precipue ex divino munere, et non ex nostra industria
seu preparacione reddimur digni ministri preparacione
sacrorum. Hec consideracio, si cum sapore intimo masticetur
humiliabit nos vehementer. Profecto humilitas sola
est que disponit ad dignificacionem et preparacionem debitam, precio
talis tamque hospitis in aie cenaculo suscepcione. Scio
homines qui talium in civitate cepit nunquam potuisse
ad quietem et serenam disposicionem celebrandi pervenisse
quousque diffidens de omni sua industria et labore et
sollicitudine, preparacione per confessionem, aut alias se crucia
ymolavit in ara cordis bone superbie. Dixit in animo

contrito et humiliato cum Daniele: Domine non in iustificacionibus
meis prosterno preces meas ante te, sed in miseracionibus tuis
multis et magnis. Et rursus cum propheta: Ego autem in multitudine
misericordie tue, introibo in domum tuam, adorabo ad templum
sanctum tuum in timore tuo, et consilia quedam, quorum aliqua dictis
inseruntur. Plane industria nostra et preparacio qualem agere
convenienter possumus, requiritur, sed ea in se innitimur fallimur, aut
cadimus, aut tanquam si quis baculo arundineo sustentatur
vacillamus, neque hitamus in adiutorio altissimi deo nostris mitte
fidimus, ut in peccatorum sola recordacione torquimur. Nec mirum
si tunc in preparacione dei celi commorabimur quod de sua preparacione
quis subsistet. Fuit quedam per sompnium ostensa visio, et talis
purpitatus in cloaca erat, et a quodam baculo stercoribus
infixo sustentari, ne confunderetur satagebat. At vero baculus
ille fundatenus dilabebatur assidue cum fetore intollerabili,
sciens ille periculum tota mente ad deum conversus, relicto
baculo, confestim ereptus est. Sane consciencia nostra quantulibet
munda est cloaca quedam plena stercoribus fedis, defectuum
cottidianorum. Baculus ille, nostra est industria, per quam nos
eripere debemus conamur. Sed procul dubio quousque elevemus
oculos unde veniet auxilium nobis, quousque fiduciam nostram
totam in deum iactemus, quanto plus innitimur soli nostre industrie
baculo, tanto in profundiorem abissum, nostre pravitatis de
mergimur, et non nisi fetorem tetrum et horridum reptamus.
Quid ergo dicet aliquis, temptabimus ne deum, aut plenum
consciencia peccatoris, indevoti, sordidi, distracti, et distemperati ad
sacramentum hoc saluciferum, sub spe misericordie solius accedemus. Dixi
iam ut agat industria nostra, id quod potest, ut sit absque con
sciencia peccati mortalis. Sed in illa nequaquam speremus alioquin
non in homine, et carne brachium meum. Alioquin denique semper
et in preceps imus. Agnoscamus quod omnes iusticie nostre sint ut pannus
menstruate, aut velut leprosi fasciis super quibus fallamur
assidue sanie peccatorum. Qua fronte ergo qua ve audacia
infeccionis habent, ad placandum deum, audebimus ostendere. Ca
veamus ne potius irritetur. Plane sic est, si mille annis
pararet aliquis se disponere, ad dignitatem celebracionis

als[t] si

nec sit ipse attinget. Quid ideo in brevi morula fiat
potius committat se in(ter)rogat frequent(er) ille, an9 sup(er) m(en)s(ura)
si dignus est accedere, si sufficie(n)t(er) p(re)paratus. Hesitat p(ri)mu(m)
tremescat, reformidat(que), tandem sic trudeat sibi ipsi iter(um)
quantu(m) in me est, nichil deo p(ro)prio, de certo michi su(m) (con)scius
sup(er) p(ec)c(at)o mortali. aut p(ec)candi p(ro)posito. P(ec)c(at)a eni(m) venialia
etia(m) confessa nequaq(uam) obsistunt. Sed in ex adu(er)so, q(ui) iustif(icat)
est d(omi)n(u)s, q(ui) si velit exquirere veheme(n)t(er) debita mea. Si ini
quitates observare, si mecu(m) in iudicio contendere, neq(ue) sufficio
nebo, neq(ue) potero respondere unu(m) p(ro) mille, q(ua)mvis ut latus
fuero. actus atq(ue) confessus, lacrimosus, quid ista sint te
michi. Si eni(m) tu mea magna valde diiudicet, quid ere
possum, si forte me latet vicia mea meru(m) quide(m) ere
tari, qui visu meo spirituali p(er)in(de) sup(er) modu(m) abusus
sum, du(m) videns bonu(m) aliud ad imple(re) contempsi. Hoc unu(m)
scio, q(uia) apud d(omi)n(u)m mi(sericordi)a est, et copiosa apud eu(m) redemp
tio, q(uia) pietatis eius fonte nulla pot(est) n(ost)ra iniquitas e(ss)e
q(uam) ut exsiccare, q(uia) si decreuit salvare me, nemo est
qui condempnet. Propt(er) ut spere in eo, et me totu(m)
in suas manus p(ro)icia(m), obedio ut possum, no(n) est crudel
aut mendax, venie(n)te ad eu(m), no(n) eiciet foras. P(er)venit
me d(omi)n(u)s in b(e)n(e)dictionib(us) dulcedinis, du(m) michi displiceo
Spero equide(m) ipse qui cepit p(er)ficiet, et illuminabit absco(n)
dita tenebraru(m), ne unq(ua)m obdormia(m) in morte. Q(uo)ffor
micata es o a(n)i(m)a, cu(m) amatorib(us) multis, iubet p(ro)p(h)etas
p(er) p(ro)phetam, ut reu(er)taris modo, etia(m) te suscipiet
et si milles(i)es abscesseris, contempseris, reu(er)seris, re
veniente no(n) repudiabit, penitentem no(n) (con)dempnabit. Si q(ui)
ex homib(us) talia diceret, crederes et sperares et accederes. Deus
h(oc) dicit, deus h(oc) pollicet(ur), ymo deus hoc imp(er)at, et tu
diffidens no(n) accedis, no(n) est istud consiliu(m) O a(n)i(m)a mea
i(m)munda es, accede mu(n)danda ad fonte(m) puritatis in
commutabilem. Esuris accede pascenda, ad pane(m) vivific
u(m) et delectabilem. Egrotas accede hoc efficacissimu(m) cure
valitudin(is) medicamentu(m), fluxu(m) pateris nec sanari potes
a medicis tuis, sed exterius, tange plena fide, cu(m) emorois
sa martha s(e)c(un)d(u)m ambrosiu(m) fimbria(m) vestime(n)ti ihesu

sacrosanctam v(idelice)t hostia(m) ut purgeris, si p(er)cussa te sentis a
serpentib(us) p(er)dicatu(m) temptationu(m), quid restat nisi ut
serpentem xpm(Christum) elevatu(m) inspicias. Si dicas cu(m) p(ro)pheta
q(uonia)m mendicus et paup(er) su(m) ego, p(ro)pter(ea) ergo hui(us) sacrosa(n)
cti misterii habebis xpm(Christum) comite(m) fidu(m) et hospite(m) ditissimu(m).
Ceteru(m) te fortass(e) debile et claudu(m) to(r)queris, memineris
q(uonia)m tales ad cena(m) magni regis invita(n)t(ur), et intrare
compellunt(ur). Lubrica su(m) inquies et instabilis, sed h(oc) panis
confirmat cor homi(ni)s. Tristis es et anxia, sed vinu(m) hoc
letificat. In q(ui)etat te et turbat p(ro)xima, ad hec re ei
q(ui) turbides fluctus sedat, q(ui) est pax mea, q(ui) au(tem)
i(n) mundo p(re)ssura, in me pace habebitis. P(er)egrinas a
d(omi)no, sed in fortitudine cibi illius, ambulabis usq(ue) ad
monte(m) dei. Quid igit(ur) tandem reformidas, quid expa
vescis. O a(n)i(m)a mea, quare et q(uare) tristis es et conturbas me,
Spera in deo et liberabit te, et erudiet te, et no(n) confundet
te. Suspirabunda forte q(ue)ris, Ubi est deus tuus, in
hoc s(an)c(t)e co(mmun)io, in quo xp(istu)s sumit(ur), recolit(ur) memoria
passionis, mens i(m)pletur gr(ati)a, et future nob(is) glorie
pignus dat(ur). Crede hac bona et simplici fide, nec curi
ose discusseris, existe(n)tie modu(m), sufficiat tibi q(uia) no(n) est
hic mo(do) alior(um) corp(or)um, sui loci commensurator(um). P(re)cau
vane, ne dicas, stulte q(ue)rit aliq(ui)s, ubi caput, ubi
pedes, qualis situs, qualis ad hostia(m) p(ro)priu(m) coordinacio,
ubi xp(istu)s e(ss)e dicit(ur), quare et quomo(do) est, quomo(do) s(an)c(t)a
est in eius corpus translacio panis omnipotenti virtu
te deitatis. Si no(n) eni(m) hoc (com)p(re)hendis, neq(ue) p(er)fectio
quantitate(m) rem alia(m), quo ad infinitas eius (a)ltitudi
nes, et p(ro)prietates eius comprehendis. Da londe fidei
ut mihi heas, et ea(m) qua(m) sine merito das nature fi
dem da in laude revelacio(n)i, et in eis obsequiu(m) voles
te captiva

als suspi[t]ario

Non p(ro)pt(er) timore(m) contaminacionis corpis xpi illud
su(m) mu(n)dicia corporali monemur contrectare, sed
ad indevocionem et scandalum in nobis ut in aliis de
vitandu(m). Considerato etia(m) ista paz instruct(ur) ma(n)ifeste

de hostia consecrata quod in ventrem mittitur et non rapitur in celum

est / valet vero non mediocriter apud scrupulosos / ut si forte corporalis aliqua sordicies aptis nolentibus advenerit. Recogitet ad Christi corpus nichil hanc attingere servata in eo mundicia et reverencia sanctitatis / Fuerunt qui dixerunt ipsam hostiam consecratam nullomodo in ventrem nostrum dimitti comedendo / sed statim in celum rapi quod ex rigencia contradicit atque catholica veritate quod ponit corpus vere comedi / fefellit eos hmoi consideracionis oblivio dum putant indignum sentire ut corpus Christi ut hostia sacrata in fetulentum stomachum nostrum deveniat / quasi videlicet polluatur aut fedetur. Physicum radius solaris aut spiritualem videorum aliqua dicit quod si iudicat more carnalium ut confregerunt et senserunt paganorum. Cur Christi corpus a viris confreidus et senserunt dina pellicula mensibus nove observatum et obvolutum nec blasfemat / debet unque raro contingere sensuale iudicium ne blasphemia impura reputemus operam rei sincerissima per veritate / caveamus a tali spurcitia recogitanda per timore crebre / cumque hanc rememoracio plus quam purget / assuescat homo spiritualis spiritualia diiudicare et sentire / Sic enim multis et variis fantasmatum inquietacionum impudicicijs / se iam absolvet / sic ea minus curabit / que revera minus curanda sunt / corporales loquor sordes / Sic denique magis in conscientie quam corporis puritate confidet / Concludamus tandem epilogantes / ut nemo de celebraturus / eiudeterre grat sibi certitudine / super dignificacione sua vexaretur in confessionem / Habeat illam que dicta est preparacionem et sufficiat / non confidat in multitudine scrutinii sue et in repeticione confessionis / aut devocionis / aut recollectionis supra veritatem ex confessio extra super iusto sinceritate / Potest enim fieri / ut confessio animam pluries iusto alius obsit de peccatis / reddit quippe animam perplexam et pavidam / et non enim tuta timetem / ut de ipsa eciam confessionis imperfectione trepidet et per quod nulla atur recte confiteri / Dubo in documentum / per quod multa confessionis multiplicacio / in quietacionis ea exit / si ubi fiat / non tanquam reputetur pertinere ad salutem necessaria / ad celebracionis illius disposicionem requisita / sed quasi opus bonum

commune

consciencie

domini

et privilegiatum / ad indulgencia quoque / aut gratie augmentacionem non parum proficiet / Porro diligat animam deum / aliquem nunc est / et se in manus eius committat / alioquin se compelli a sancto domino et repelli merito timendo / et iudicio eum de severitate suspectum. Tercia erit ad comedendum similiter utique se ad alta sublevet / quomodo Abraham ascensurus in monte animam et gaudium suum immolaturum ad Abraham / relinquit inferius asinum suum cum pueris sensibus / pudiat ibi asinus / perstrepet puer / feda sint illis omnia / nichil ad se quod in monte stat / hoc est in vertice mentis pertinebit / Non impertinenter hoc loco visionem inserimus / quam beato patri Celestino monstrasse memoratur / ille qui docet eciam homines per sompnia sua / visum est eidem patri soporatum quod aulam regiam precellentissimam cum asino suo ascenderet invitatus / hinc asinus tributum ventris / eciam per viam solvit / exhorruit vir purissimus et abhominatus est / hanc non in qualitate sed in signacionem / et pergredi formidans / retrogredi movebatur / quousque benigniter admonitus voce de throno lapsa / nichil ad suum ut aule regie contaminacionem pertinere illud quod esse non casuo naturali / immo agis purgatorem suum asellus corpulentus et invalidus expulerat / Plane sic / et dicam amplius / evenit nonnumquam et turbaciones pugne de ordinates / et feditates inferius sensualitatis agitate sint / recense fanat superius mentem nostram / sicut evenit magna utrobique serenitas superbie ventum / omnia funditus evertente repente nonnumquam induunt / Tantummodo exclamet se animam quantum potest. Nec ab aliud contemplacionis studio / aut quecumque talibus insistat / nisi ut apud se exaltetur deus / Sic perinde magis et magis sublimetur / secundum suam capacitatem immo in voluntate resiliat / et resiliens cadat / et deus suscipiet eam / Hec via tuta est regia et secura / Denique finem loquendi omnes pariter audiamus / Deum time / in te non sperantes / in se fides / et mandata eius observa / quod in te est non obmittes / hoc est omnis homo / et sic est finis.

visio Celestini

Tractatus bonus de celebracione misse editus a magistro Johanne de Gerson sacre theologie professore studii Parisiensis summo cancellario etc.

Xpianitatis zelator qualiscumque, prosperitatem ad
virtutes vitiis depulsis intimo desiderio salubre duxit
sequens opusculum tripartitum de preceptis, de confessione
et de scientia mortis, breviori modo quo potuit tradere,
quatuor personarum Xpianorum generibus profuturum. Primo sa-
cerdotibus et curatis illiteratis atque simplicibus qui con-
fessiones audire debent. Secundo indoctis personis quibuscumque
secularibus vel religiosis, qui ecclesie solent sermonibus aut pre-
dicationibus pro divinis preceptis et monitis interesse, non pretermittendo. Tercio
pueris et iuvenibus, qui a rudimentis infantie ita fidei
nostre generalem tenorem et principalia puncta primitus debent
erudiri. Quarto personis domos dei, ut hospitalia, rara
frequentantibus et infirmorum solitudine gerentibus. Circa
ita adhuc doctrine publicationem quadruplex personarum status
debet vigilare ecclesie, videlicet superiores et prelati, quos in fiorum
curatorum regimine de propinquo contererint; quibus curatorum simplicium
ignorantia crassa divine legis et sufficienter eruditio simplicium
pluribus imputabitur in periculum. Parentes etiam proles suas ad
scolarum rectores instare debent, et similiter domorum dei
et locorum hospitalium gubernatores et magistri. Illi inter ge-
neraliter qui verbis aut factis et aliis signis alios ad
peccandum induxerunt, quod ex officio alios docere debuerant
et illud agere negligunt. Hii namque supplicibus suis et diligere debent
opus hoc aut similis doctrine publicationem. Quod est
correctionem aliorum procurare. Hoc enim agere primum quod est
hoc satisfactio, hoc opus misericordie deo acceptius quam
elemosina corporalis. Agant igitur prenominati quod doctrina huius
libelli inscribatur tabellis, effigantur tota, ut per partes
valvis communibus, ut pote in parrochialibus ecclesiis, in scolis,
in hospitalibus, in locis religiosis, denique expediens videretur.
Ut super hoc fieret a principali edictum aut quod ab ecclesie prelatis
indulgentie conferentur. Auctor se ipsum excusat apud
te Xpianitate sufficiendam agat quilibet qui in te et de te
gloriatur quod bonum esse cognoverit etc.

Gloria sit altissimo deo in cuius nomine presens aggrediar
opus ad salutem fidelium animarum ordinatum, ad erudiendos
precipue rudes et ydiotas simplices et coram quibus consuetis ecclesie
sermonibus et predicationibus interesse aut informari contingit

In quo velut tabella quadam et compendio brevi tenore
fidei Xpiane lucide poterunt inspicere. Et divina precepta pro-
hibitoria atque ut ex hiis quid agere, quid ne fugere debeant, pos-
sint distinctius agnoscere etc. Continet autem presens tractatulus
capitula xviij, quorum quodlibet convenienter primum capitulum affirmat
mundum a deo fuisse creatum, quod ipse deus unus sit et trinus,
cur etiam aut ad quem finem homo creatus sit.

Firmissime credendum est et nullatenus dubitandum
quod solus est unus deus omnipotens omnia sciens et omnem
perfectionem habens in tribus personis distinctis, que sunt pater et filius
et spiritus sanctus, qui mundum creavit et creatum regit et gubernat
sola sua liberrima voluntate et dignatissima bonitate specialiter
aut providentia humana gubernat et dirigit creaturam,
dans viris et mulieribus animas immortales, creans eas
specialiter, nec tamen eas corporibus infundit et ad ymaginem et
similitudinem suam formans eas ut creatus homo suum condi-
torem deum cognoscat, diligat, veneretur et eius preceptis in
hac mortali vita obediens per opera bona et meritoria vitam
tandem immortalem beatitudinis plenam in anima et corpore perpe-
tuo consequatur, bonis angelis sociatus et in loco malorum
angelorum sive demonum substitutus. Cum propter peccatum in has
inferiores partes terre corruerunt, dampnationis penam sustinentes,
cum quibus etiam iustissime dampnabuntur homines iniqui
divinis preceptis inobedientes et more bestiali quasi non
habentes animam racionalem suis voluptatibus servientes.

Secundum capitulum ostendit humanum genus propter primorum parentum
transgressionem et peccatum multiplices incurrisse miserias.

Fidei veritate credendum est primos parentes nostros Adam
et Evam quod eam aut nobilem sive consequenter beatitudinis
creati fuerant, clausisse paradisi ianuam et beatitudinis
toti sue posteritati generis humani. Ipsi enim per inobedientie
acceptum a deo iustitie originalis donum quandam hereditariam
possessionem pro se et suis posteris velut proditores perdiderunt,
quo dono gratuito originalis iustitie conservato nos omnes
a culpa immunes fuissemus et ab omni miseria famis et sitis
aut infirmitatis absoluti et ab alia qualibet penalitate

liberi, adeo, ut omnis alia corporalis creatura nobis pacifice subiecta fuisset et tandem absque mortis pena in paradisum fuissemus translati. Hoc enim dono per primum parentum peccatum ut premissum est perdito, moriendi seria [iniuncta] necessitas quia nascimur in peccato originali, scilicet in penam originalis iustitie carentia, contra quod peccatum tanquam remedium efficax a Christo institutum est baptismi sacramentum.

Tercium capitulum declarat qualiter a deo redempti fuimus, quibus etiam sit generalis tenor christiane fidei et credendorum a singulis

Omnipotens deus ac piissimus pater nolens humanum genus tot et tantis subiectum miseriis, in eternum perire et ancelos paradisi in perpetuum exulare, concurrente iustitia simul et misericordia remedium debitum adhibere voluit. Siquidem idem piissimus pater unigenitum filium suum absque corruptione carnem sumere et hominem fieri, intra intemerate virginis Marie inmaculatum uterum, tantaque et tam mirabilis unio facta est duarum naturarum divine et humane in una persona, ipse filius dei, ut vere deus homo dicatur et homo deus. Ipse est Ihesus Christus salvator noster pius et redemptor, qui antea quidem a patriarchis, prophetis, demonstratus, novissime in fine temporis in hac ultima mundi etate conceptus et natus, a pastoribus est cognitus, a tribus regibus orientis adoratus, a Symeone sene et aliis quampluribus predicatus, a beato Iohanne baptista digito demonstratus. Idem deus et dominus noster Ihesus Christus circiter annorum trium spatium legem divinam christianamque religionem predicavit et docuit, eamque mirabilibus miraculis confirmando, quam et in scripturis [sacris] evangelistarum nobis per suos ministros exhibitam observandam reliquit. Ordinavit insuper septem ecclesiastica sacramenta, que sunt baptismus, confirmatio, ordo, eukaristia, penitentia, matrimonium, unctio extrema. Ipse postremo ut nos redimeret et salvaret, sub Poncio Pilato, supplicio crucis acerbissimam sustinuit passionem et mortem. Sepultus deinde et tercia die resurgens, spacio dierum xl. discipulis suis veritatem sue resurrectionis declarans, frequenter et tandem videntibus apostolis celos ascendens, sedet ad patris dexteram in excelsis,

venturus est postremo idem dei filius Ihesus Christus in fine mundi, per ignem purgando et in melius mutando. Iudex est generalis hominum cunctorum in anima et corpore resuscitandorum, redditurus singulis premia meritorum, bonis quidem celeste regnum perhennis beatitudinis, peccatoribus vero penale supplicium ignis eterni. Hic est generalis tenor orthodoxe fidei christiane, quam firmiter credere tenetur catholicus quilibet vere utentis, absque curiositate, pure atque sincere, sine falsitate, et certitudine reiecta dubitatione, non procedens supernatue usque ad quaslibet difficultatum minucias. Sed in occurrentibus difficultatum nodis humiliter se submittat credulitatis simplicitati intemerate fidei sancte matris ecclesie sapientum, prelatorum et doctorum eorum, preclara statura et intemptionem huius inviolate fidei usque ad mortem dimicaverunt. Contra hanc fidem illibatam graviter peccant heretici, scismatici, ydolatre, sortilegi, incantatores et magici, ceterique artibus a lege divina prohibitis utentes, aut demonum invocatores, et generaliter qui articulos fidei vel totaliter vel in parte palam vel occulte derident. Illi preterea qui non credunt deum omnia iustissime regere sua libera voluntate, vicia potius asserentes nature, fortune aut fato subiici, malorum etiam quemadmodum bonorum finalem salvacionem affirmantes. Illi denique qui merorum actuum imputacionem ad mundum vel demerita negant, divina premia etiam [et] penas dei predestinacionem vel reprobacionem, operum meritorum libertatem tollere contendentes. Hiis similes contra fidem orthodoxam sunt homines errores innumeri, procedentes ex intellectus superbia humiliare se deo recusantis, aut ex falsa persuasione vel potius melancolya fantastica, aut demum ex voluptuosa carnalitate nomine iudicium et affectus pietatis subvertere.

Quartum capitulum manifestat quod deus nobis observanda precepit omnia decem precepta decalogi.

Sicut ut in superioribus habitum est, deus optimus atque iustissimus nos homines ultra super omnes ceteras creaturas a deo excellenter condidit ad ymaginem suam, scilicet dans memoriam, intellectum, atque voluntatem, ut diligamus eum, serviamus et amemus,

Que quis stricte tenetur

Qui contra fidem peccant

imputacionem

variorum

misericordissime precio redemit passione talem pro nobis
perferendo qualem nec ipsi quod dictis meis sufferre vellemus.
Profecto iustissimum est ut ipsi deo fideliter serviamus tamquam
supremo domino, sed filii naturales quod creatori optimo, et velut
servi ex dono precio tante mortisque redempti salvatori be-
neratissimo. Attento quod nobis eius precepta servantibus
gloria inexcogitabilis ab eodem promittitur, transgressoribus
vero inestimabilia tormenta servantur. Cognoscens nichilominus
ipse piissimus pater nostram fragilitatem et exiguam potenciam, nec-
quaquam requirit a nobis omne servicium quod sibi in iusticie
rigore exigere posset. Dedit quam potius etiam munere pre-
ceptorum quorum observacio sibi sufficiens esset, que eciam legis
decalogo continentur. Qua propter ad hec precepta scienda
et intelligenda tenetur quilibet Christianus ut aliud tale dili-
genciam apponere, pro conservacione vite spiritualis quam pro vite
corporalis sustentacione ponet, et eo maiorem quo immortalis
anima est corpore prestancior. Sine quorum noticia nullus convenienter
mereri potest vitare aut ab eis resurgere, et quorum ignoranciam
ex desidia proveniens non excusat sed accusat et condempnat.
Sunt autem decem hec precepta memoriter conservanda. Sabbata
Unum crede deum, nec vane iures per ipsum. Sabbata sanctifices, et venerare parentes. Non sis occisor, fur, mechus,
testis iniquus. Vicini thorum res que caveto tuas.

Primum capitulum est de explanacione primi precepti

Primum preceptum est: Diliges dominum deum tuum ex toto corde
tuo, ex tota mente tua, et ex tota virtute tua. Hec est
non volens scienter rem quamcumque amare plus quam deum,
propter quod dei amorem perdas. Hoc autem preceptum ab homine
servatur et non aliter, si legem dei et alia precepta omnibus
impleatur. Quicumque enim mortaliter peccat, preceptum hoc in-
fringit, quia voluntatem suam divine voluntati opponit et
preficit. Specialiter autem contra hoc preceptum agunt
homines ingrati contra divina iudicia et ordinaciones, aut
regimine erga se ut alias creaturas murmurantes, quasi
non esset deus omnino iustus, bonus atque misericors et totus
amabilis atque desiderabilis. Illi eciam qui in foveam desperacionis
se ipsos precipitant propter impacienciam. Illi eciam qui urgente necessitate aut utilitate aliqua sortilegiis consilium et divina-
ciones exercent, pomis in scriptis, a brevibus, cartulis sive ce-
dulis collo suspensis, aut caracteribus et aliis quibuslibet
vanis credulitatibus, quasi deus ipse non esset usquequaque
potens, bonus et sapiens ad eis succurrendum, quamdiu sit
eorum necessitatibus expediens. Faciat ergo homo in necessitate consti-
tutus quantum potest, procurans remedium naturale industria non
temptando deum, quod grave peccatum est, aut nova miracula
expectando desiderandoque. Reliquum vero quod non vires excedit
dicto deo plena fide committat, et indubitanter deus qui novit
omnia quicquid optimum est, illud quod optimum commodissimumque fuerit,
homini conferret. Sepe equidem infirmitas, paupertas aut
alia quevis tribulacio est hominibus utilior quam nimia prosperitas, qua facilius ab ipsis utimur. Scit namque pater quid filio,
possit magister quid discipulo conveniat, et medicus pacienti
de remedio convenienti novit melius providere. Peccant
insuper contra preceptum hoc illi qui in dampno quod timore ir-
risionis aut oblocutorum verba formidantes divinis obe-
dire preceptis verentur. Qua propter eciam gravissime peccat
huiusmodi irrisores personas divino servicio deditas in statu
religionis, virginitatis aut viduitatis constitutas, aut stu-
dio theologie deputatas, affeccione carnali ab illo opere
retrahentes. Hoc rursus precepto nobis precipitur honor et
reverencia sanctis exhiberi, specialiter virgini Marie et bono an-
gelo custodi nostro, ut nichil turpe ipso vidente et presente fa-
ciamus, quod presentibus hominibus agere recusaremus; quod deinceps sanctorum
reliquias, loca sancta et eorum ymagines debemus venerari
non propter se sed quod videndo eas honorem impendimus rebus
representatis per eas, iuxta ritum sancte matris ecclesie. Alioquin
pecarium ydolatrie committitur, ymaginem secundum se adorando, credendo
ipsam ymaginem pulchram sive turpem, novam aut veterem,
plus quam hec virtutis et quam communis includere ut divinitatem.
Huic precepto plurimum contrariatur nimius honor divinus pa-
rentibus aut magnatibus adulacione sive malo fine exhibitus,
vel eciam simulacio ypocrisis ad inanem hominum gloriam aut fallacem
decepcionem ordinata, immoderatus amor parentum erga filios

Quantum quilibet tenetur diligentiam apponere ut sciat precepta

Quid sit diligere deum super omnia

Murmurantes contra deum

Desperacio

Desperacio Sortilegium

Temptacio dei

Precepta dei contemnentes propter irrisiones et oblocutiones hominum

Recedentes devotas personas ut easdem a bono retrahentes

Non reverentes sanctos, propter angelum, reliquias, loca sancta et ymagines

Veneracio divina nimia

Simulacio ypocrisis adulacio

et generaliter auri et argenti aut alterius creature sic
quod homo insistat et mentis confidentiam ponat in eo cum hec omnia
ab infernali morte nos poterunt liberare. Solus quippe
deus est verus et fidelis amicus, qui in extrema necessitate
opem prestare potest. Unde et super omnia confidenter ac cordis
sinceritate honorari debet adorari et diligi.

Sextum capitulum est de secundo precepto

Secundum capitulum et preceptum est: Non iurabis per nomen
dei tui in vanum et sine causa. Contra preceptum hoc
principaliter agunt qui scienter quod falsum est vel falsum credunt
iurant periurium committendo. Valde namque hoc grave peccatum est
ut deus assumatur tamquam testis falsi vel et qui artificiose iu-
rant sic artificiose deterat. Quandocumque enim loco et tempore sic
conveniens veritas possit subticeri, non tamen debet falsum sic
et periurium committi. Peccant itaque etiam graviter contra preceptum
hoc qui turpia faciunt iuramenta deum blasphemantes
et animas suas iurando demonibus devoventes, qui de huma-
nitate christi et sanctis inhoneste loquuntur. Contra quos omnes sic
periuros et blasphemos statute sunt leges punitive
ta a veteribus principibus, quas a prelatis ecclesiastice. Unde do-
lendum est propter negligentiam eorum quibus penas eque puniendi
non servantur effectum. Multum vero diligenter premissa debent
attendere hii qui tam leviter de facili iurant, quemadmodum mer-
catores et mercatores. Illi qui absorti passione aut ebri-
etate in ludis frequenter inhonestis sive prohibitis ut est
taxillorum ludos enormiter iurant, et generaliter quicumque
perversa consuetudine aut inclinatione pueriti iuramentum
emittunt. In talibus quippe sepe committitur periurium ... quod
etiam tales aliqui peyores. Ad hoc autem genus peccati pertinent
salutis reducuntur verecundia fructo et soluto fidei matrimonialis
et generaliter infidelitas quod malus periudicium secretum
proximus revelatur sive per confessionem sive alio secreto tempore
... lege namque divina et naturali secretum teneri debet
quod in secreto acceptum est vel alia via sibi fuit detectum.
Postremo contra preceptum hoc reducuntur peccant qui vovent
aut promittunt ea que sunt de se illicita quod si premissa opere
talia compleat quamvis inde et dampnabilius peccant.

Septimum capitulum est de tercio precepto

Tercium preceptum est: Ut observabis dies dominicos et festivos
ab ecclesia servari preceptos. Hec observatio et veneratio
multipliciter observanda est. Primo quidem ut quilibet christianus
illo die dominico ut festivo, tunc impedimento cessante missam
audire teneatur. Secundo ut quilibet eo die abstineat ab omni labore
aut mercato et aliis quibus laborioso opere ... et consuetu-
dine patrie quam inhitat, quam consuetudinem prelatus spiritualis
loci illius cognoscens non prohibet. Et si apud aliquem super tali con-
suetudine conservanda aut aliis casibus dubitans oriatur, con-
sulat ille superiores et peritos, ne per amplam nimis aut strictam
conscientiam in peccatum cadat. Tercio attendenda est hec observatio
ut unusquisque illo die propriam vitam et conscientiam discutiat
de commissis criminibus a deo veniam petens. Recognoscat tunc debet
christianus multiplicia beneficia sibi a deo prestita, non in aliquo
murmurando aut sibi querelam de bonis suis faciendo, sed
gratias referendo. Debet tunc audiri verbum divinum et spiritualis
pacifice atque reverenter absque irrisione aut impedimento quorumque.
Meditetur preterea quilibet et tota equlis cordis quantum potest
consideret mortem sibi de propinquo imminentem infernum atque paradisum
morte etiam priorum hominum qui in hac vita profuerunt. Ista etiam me-
moralia sanctorum et sanctarum, dicat pater noster, ave maria, credo vel et ali-
as sequens didicerat orationes devotas, propinas in victas sibi dili-
genter perficiat. Requirat insuper divinum auxilium intercessione me-
diante sanctorum et sanctarum a quibus velut pauper et mendicus ele-
mosinam spiritualem postulet, nunc ad vindictam ad aliud se conve-
dō quecumque bonum aliquod spirituale in sacrum sive pauperitans congessit.
Preterea doceat quisque curam aliorum habens filios aut filias aut
alios servitores diebus sollempnibus et festivis similia facere.
Hoc enim omissio culpabilis est defectus. Predictis hiis non obstantibus
tamen licite potest homo diebus dominicis et festivis aliqua recreatione et
spaciatione vel ludum honestum causa solacii assumere, plus quam alio
tempore, dummodo per peccatum mortale non offendatur deus, comedendo,
bibendo, coreizando aut aliud ludum exercendo. Quamquam frequentissime
in talibus ludis gravia peccata committuntur, quemadmodum periuria, rixe,
dissensiones, desideria carnalia, opera, verba et carmina luxuriosa contra
deum et equitatem iusticie, a deo ut sepius die dominico minus malum
esset arare quam talia perpetrare etc. Contra preceptum hoc peccant
graviter impedientes sermonem predicatorum aut divinum servitium
verbis aut factis intra ecclesiam aut extra, quemadmodum ita eucharistie sacra-
mentum irreverentes sunt aut alia sacramenta ecclesiastica sicut bap-
tismum et matrimonium celebrantem, quidam sunt irridentes et sacramenta

Superbiam ... (left margin, faded)
Trumptum [illegible] (left margin, faded)
blasphemantes
blasphemos non punientes
Vota frangentes
Sigillum secreti aut confessionis revelantes
Vovientes iurantes vel promittentes mala et talia servantes
deciat (margin)
leuiter (margin)
fidelis (margin)

Missam in festo non audientes
Exercitantes [illegible] mercatores vendentes etc.
Peccata propria et dei beneficia non agnoscentes
Dei verbum audire negligentes vel impedientes aut impedientes ipse [illegible]
Non meditantes mortem paradisum et infernum
Oraciones negligentes
Penitentias non complentes
Subditos bona non docere negligentes
Ludos licitos exercentes pro die festivo
Corizantes [illegible] tantum coreis etc.
Aliquid de [illegible] irreverenter vel non rapientes

confirmacionis et unccionis extreme sepissime contempnentes. Cetera contra illud preceptum valde grauiter delinquunt, hii qui in festis sollempnitatibus cum irreverencias multas et abhominales perpetrant. Illi eciam qui talia facientibus dant consensum. Illi presertim qui ex officio possent et deberent talia impedire nec excusari possunt ludi pretextu, asserit namque versiculus de Non patitur ludum fama fides oculus. //

Consencientes peccantibus in eis et non impedientes cum tenentur — *consuetudinis*

Octauum capitulum de quarto precepto

Honora parentes tuos est quartum preceptum. De quarto precepto. Hoc autem accipiendum est, non solum de parentibus carnalibus. Sed et de prelatis ecclesiasticis et curatis nostris qui nos in Christo regeneraverunt et generaliter de aliis personis superioribus et ingenuis et benefactoribus et eciam principibus. Similiter eciam de mortuis et defunctis curandis. Intendendum est quo ad hoc, quod pro ipsis deum rogare tenemur. Contra preceptum hoc grauiter peccant hii, qui sine causa racionabili suis superioribus detrahunt aut maledicunt et eos produnt aut mortem eis optant, quemadmodum mali filii parentum mortem frequenter desiderant, ut eorum hereditatem possideant. Transgrediuntur eciam preceptum hoc, qui contempnunt precepta sancte matris ecclesie velud excommunicaciones spernunt contempnentes, et ieiunia indicta ab ecclesia sine causa racionabili, cum ea obseruare possent, sine sui corporis notabili grauamine. Sicut eciam libertatum ecclesie violatores, quia libertas ecclesie concessa est non tam favore ministrorum ecclesie, quam diuini intuitu honoris. Non enim propter nequiciam aliquorum ministrorum ecclesie debet aliquis fidelis Christianus status prelatus aut ecclesiasticus diffamari aut ledi, nec potest virtute suam baptismi aut missa celebrata siue aliud sacramentum propter maliciam ministrorum. Tenetur preterea hoc precepto laycus fidelis quamvis aliqui ecclesie ministri mali sint, debitum reddere missam audire decimas oblaciones et alia iura reddere ordinata pro sustentacione ecclesie ministrorum, qui vacando diuino servicio toti rei publice seruiunt plurimis aliorum hominum propter temporales et mundanas occupaciones ab hoc ministerio impeditis, quia sicut ecclesie debitum liberi et inmunes deo non hominibus seruiunt. Preterea preceptum hoc infringunt qui leuiter nimis et insipienter iudicant clericos principes super eorum actibus publicis sine consideracione et statutis non attendentes sepius eorum honera et sarcinas graues quas [illegible] non possunt debite cognoscere. Quarta

De honorandis prelatos dominos parentes ingenuos — *pro talibus non orantes* — *Talibus detrahentes maledicentes* — *Talium mortem desiderantes* — *Precepta ecclesie non tenentes ut excommunicacionem, contra ecclesiasticas libertates* — *deponit alius perdit* — *Missam in festo non audientes. Decimas et oblaciones non soluentes, eciam alia debita* — *Leuiter clericos iudicantes de suis statutis et actibus publicis iudicantes*

propter nec eos de facili iudicare debet, multum pocius examinacione reddit. Demum soluunt hoc preceptum qui nolunt superiorum suorum aut sapienciorum acquiescere consiliis sed propriis industriis innitentes. Proueniunt quippe graue hoc peccatum ex inobediencia et dedignanti superbia in errore et decepcione homines inducentes. Contingit namque sepius ut aliquis homo taliter deceptus superbia tante se reputet sanctitatis ut humano consilio non indigere credat. Sit proinde ut deceptus ille propter austeram nimis et indiscretam abstinenciam quam bonam esse credit capitis furia aut alia infirmitate incurabilem male fine perimitur quam incurrat. //

Superiorum consilium non imitantes — *Inobedientes* — *Nimis de se credentes quod ex superbia euenit*

Nonum capitulum de quinto precepto

Quintum preceptum est, non occides hominem. Et est intelligendum quod non est inficiendus homo auctoritate propria ut particulari et per viam facti. Premissa via iusticie et equitatis hoc precepto distincte prohibetur omne propositum odium et desiderium vindicte seu mortis aliene malum. Item consilium et iniquus consensus in alterius nocumentum lesionem vel mortem. Sed si persona lesa ecclesiastica fuit aut in statu clericali constituta, grauius est peccatum et incurrunt eo facto sic agentes et consencientes. Hii qui odio vel rancore principaliter ducti aut intuitu vindicte et alieni grauaminis potius quam zelo iusticie instigati proximos suos proclamacionibus et pressuris aut iudicia publica multiplicant vexant. Eciam quod suum est requirentes, sed nichilominus homo quod suum est in iudicio publico repetere et ordine iuris seruato emendam racionabilem sue dampnificacionis requirere absque hoc quod odiendo proximum mortaliter peccet. Consulendum tamen sepe pro pace propria et tranquillitate et alterna proximi indulgencia eligibilibus esset omnem emendam absque lite publica remitti, vulgo namque dicitur: in denariata litis non est obulus amoris. Multum vero hiis qui ledit alium debet attendere quod ex aliqua mutilacione vel occisione vel lesione quandoque contingit, sicut dum lesum cum suis heredibus depauperari. In quo casu ledens quemadmodum fur aut latro ad omnium bonorum perditorum restitucionem tenetur. Preterea contra preceptum hoc grauiter peccant, qui quomodo impediunt ex commixtione viri et mulieris fetum nasci, aut abortivum procurant, seu percussione violenta uteri aut nimia ingluvie, aut propter angustiam vestimentorum ad lasciuiam ordinata

Iniuste occidentes, iubentes, consencientes vel sic vel iussio consilium — *Mutilantes vulnerantes percucientes* — *Iudices ista facientes* — *Iniustis placitacionibus vexantes* — *quandoque* — *Concepcionem impedientes, abortivum procurantes vivi vel non vivi infantis* — *Pro gula veste stricta pressura alio vel alio*

aut aliam quamcumque negligentem fetus custodiam. Et si fetus iam erat animatus, gravius peccatum est, tunc enim vere homicidium perpetratur. Insuper contra preceptum hoc specialiter peccant invidi detractores odio pleni et iracundi. Item proprie vel mediate affines aut alios guerras aut discordias implacabiles excitant, ex quibus mala plurima oriuntur, ut is qui litem suscitat eam vellet non fecit aut valet sedare. Unde et apud deum dampnacionem nostram [illegible] reus constituitur. Ubi denique contra preceptum est hec dampnabilis et horrenda consuetudo in aliquibus observata, pro minimo delicto tota vicina [illegible] in morte et pro una morte [illegible] per quiritur. Hoc eodem precepto includuntur omne duellum, periculum tale aut torneamenta quibus mortis visibiliter imminet periculum.

Decimum capitulum de sexto loquitur precepto

Sextum preceptum est: Non furtum facies. Et est furtum vel latrocinium rem alienam rapere sive retinere aliena eius est ignorante et quod ipsi hoc cognoscentem displiceret. Hoc precepto districte prohibetur omnis iniusticia, mercacio, cultura, quelibet etiam aut labor infidelis et fallax, quelibet et mendosum artificium. Sicut enim vendicio dicte labor, et nec venalium mutilium quelibet per vilibus vendicio sive venditor earum eas emendo deceptus fuit sive non. Non enim quod deceptus fuit alium posset decipere. Prohibetur eciam hoc precepto omnis usura falsa advocatio aut procuracio, placitaciones, ut lites non rite assumpta, fraudulenta, piracio aut iniustum iudicium. Et generaliter omnis decepcio manifesta aut falso colore velata, qua quis alteri dampnum facit, quod sibi nollet fieri. Aggravatur autem peccatum hoc furtis ut latrocinium, ex circumstanciis loci et temporis persone et similibus, quemadmodum si rem sacram in loco sacro aut ipse persone et [illegible] deputato quis auferat, si eciam personaliter dampnificata pauper fuit, et inse ut suo statum aut in suis heredibus ex hoc grave detrimentum paciatur. Requiritur ad perfectionem sit aliqua dampnificante absolucionem ut ablata et dampna exinde secuta dampnificato restituat secundum iudicium boni viri, quemadmodum enim et commodo sunt potuit, quod si facultas non sit omnia reddere, saltem quod potuit restituat. Et si dampnificatus ignoraret, ablata nihilominus in pios usus et elemosinas distribuat secundum iudicium superioris. Hoc eciam precepto prohibetur omnis symonia, ut est sacrorum venalitas, spiritualitas, item beneficiorum absque racionabili causa et formacio ut usus fle[...]

monete. Item econ aliquam ad certos terminos ad credendum plus iusto vendere. Et omnis contractus illicitus. Preterea prohibetur hoc precepto omnis detraccio et diffamacio qua alterius fama bona omni argento preciosior alteri iniuste tollitur, debet quidem sic diffamans alteri famam ablatam restituere quantum potest publice, coram veritate confitendo et se male fecisse asserendo et multo magis si communitatem aut totum aliquem statum iniuste diffamavit. In super hoc preceptum infringunt qui a subditis suis ultra iuris equitatem et rei publice manutenendo et talia bona violenter exigunt. Qui eciam iniustas leges aut precepta condunt contra deum et ecclesiam ipso facto excommunicacionem incurrunt. Amplius hoc transgrediuntur preceptum adultere mulieres illegitimos filios ad legitimorum hereditate succedere facientes, que que virorum suorum bona eis ignorantibus sumptuose minus consumunt. Consimiliter delinquunt filii parentum bona eis nescientibus inutiliter exponendo, servitores aut dispensatores dominorum suorum aut magistrorum bona infideliter ministrando, ecclesiastici vero ecclesie bona luxuriose aut pompatorie consumendo aut ea in thesauros cumulando. Illi item qui elemosina agnomis dilatat proximos defraudendo, qui tributa iuste instituta solvere renuunt. Et hii quibus commissa est testamentorum execucio, elemosinas et cetera legata in preiudicium defunctorum implere differentes aut solvere recusantes. Plurimi sunt hominum dominorum status qui excedentibus immoderatis sumptibus perveniunt, cum quis multiplicat ultra redditus et proventus proprios sumptuosum gerit statum. Sumptuosus namque status sumptuosas requirit expensas. Postremo contra preceptum hoc gravissime peccant hii qui pecunia aut prece violenta parentes propinquos aut servitores principaliter intuitu serviciorum ecclesie bona occupare procurant, cum personis ecclesiastica beneficia dignius et sufficientibus debeant et pure non symoniace conferre debeat. Alioquin in beneficio illius ius acquirit nec a crimine liber esse potest quousque beneficium simpliciter resignet symoniace promotus.

Undecimum capitulum septimum continet preceptum

Septimum preceptum est: Non mechaberis nec luxuriosus eris. Hoc precepto inhibetur sub pena peccati mortalis omnis [illegible] et carnalis commixtio viri et mulieris excepta matrimonii lege. Huius namque opposi[...]

Invidi, detractores, iracundi, discordias seminantes

Duellantes, torneamentantes

Mercacio mala, labor infidelis, artificium illicitum, decepcio alterius in ipsa bonis

Usura omnis, advocacio iniusta, procuracio, lites non rite assumpta, iniustum iudicium, decepcio, alienum in loco sacro, tempore festivo, a persona sacra, a persona paupere

Non restituens ablata male

Symonia, beneficiorum permutacio sine causa

Vendentes ad credendum plus solito

Detractio, infamacio, cuiusque et singulorum personarum

Leges iniustas condentes, grava[...] [illegible]

Adulterinum filium mulieres infideles viro

Sumptuose sibi permaritu[...] filii parentum bona consumentes, dispensatores infideles, ecclesiastica bona consumentes, decimas non dantes

Testamentario [illegible]

Ultra statum suum bona consumentes, crimina [illegible]

Bona ecclesie selectorum parentes et ecclesiastice male beneficia intrantes

asserere est error contra fidem. Prohibetur etiam precepto hoc tam in matrimonialiter coniunctis quam in solutis omnis luxuriosus attactus membrorum genitalium quo non servatur naturalis ordo predicta a natura deputatus. et tanto peccatum hoc gravius est quanto a naturali ordine longius receditur sive inter personas solutas sive quod tunc aggravat coniunctas matrimonialiter sive fuit huiusmodi attactus in se aut aliena persona aut respectu bestie in altera specie. pro turpissima et illicita complacentia consumatus. Eidem quoque speciali attactus ipse innaturalis pertinet a fedissima vilissima delectatione que mollicies aut pollucio dicitur. Siquis autem in hiis aut aliquibus horum culpabilis est, sufficiet intelligere potest confessor quidem istius modi loquendi generales sufficiet. Nec enim particularis expressio in confessione est abhominabilis huius immundicia explicanda ne caste aures pure et innocentes horum peccatorum per huiusmodi confessorum noticiam acquirant et scandalizentur. Sunt etiam casus isti enormium contra naturam peccatorum plures maioribus episcopis et suis penitenciariis ad absolvendum reservati quorum aliqui per statuta bona leges ignis pena plectuntur. Nec per aliquas quascumque bona aut elemosinas operum meritum salvari si pudore motus huiusmodi peccata reticeat. ut adeo celet ut non possit confessor peccati speciem distinctius comprehendere. Peccati namque perpetrati maiorem det pudorem inferre quam eius revelacio postmodum in confessione. Inducitur autem homo in horrendum peccatum hoc variis de causis. aliquando quidem ex sola malicia alterius impellentis sicut iuvenes aliqui pervisi alios innocentes frequenter decipiunt. aliquando ex nimio ocio. frequenter ex sumptione nimia potus aut ciborum potum. propterea aut turpium verborum expressione nimis super tales facetiorum. Sepe ex inhonestis visibus aut aspectibus radiatis et fixis. quandoque ex diuturna cogitatione circa carnalem actum vel coniunctionem viri et mulieris aut mediate appetitu carnalis coniunctionis cum tali vel tali persona. Interdum etiam ex perversa doctrina penitus seductorum aut ancillarum sive quidem magnum facinus est. nichilominus cum quibus iuvenes aliquis conversatur aut nutritur. Vel postremo ex sola peccati malicia. Certe propter detestandum peccatum hoc olim mundus consumptus est universali diluvio. aliquando civitates sodome et gomorre igne celesti succense et habitatores earum vivi sunt descenderunt

Marginalia (left):
naturale ordinem non servantes in coitu
Mollicies
Cause luxurie sunt: malicia, ocium, cibus aut potus, verba inhonesta, visus, auditus, cogitatio negligens, conversatio mala, doctrina perversa, consortium
Pena peccati contra naturam luxurie

in infernum. propter peccatum hoc, quod divina exclamat vindictam. Veniunt sepe fames, guerre, pestes, mortalitates, inundationes aquarum, perdiciones regnorum et alie multiplices clades. Precipue scripture testamentum principale vero et efficax contra peccatum hoc et generaliter adversus luxuriam remedium est sobrietas. Virtus malorum vitare consorcia omnes malas et noxias cogitationes statim repellere. ne figantur in corde. ex toto conatu preces ad deum virginem mariam sanctorum sanctas quoque dirigere. cogitationes suas aliorsum divertere. Et insuper corporalem penitenciam libenter assumere. quemadmodum quidam prius lingua propriam mordens. et temptatorem alloquens spuendo dicebat. fy fy fy horrenda immundicia. et tu nequissime demon. ausus est michi hanc illusionem putare. huius denique peccati luxurie pertinet sunt alie species secundum varios hominum status. quemadmodum carnalis commixtio affinium parentum aut aliarum religiosarum. Item personarum viduarum virginum constupracio. et quoque raptus violentus. Ex quibus infinite clades oriuntur. ut quod persona aliqua in via perdicionis constituitur. aut penitus mutat ipsa iniqua ut se ipsum occidit. aut infante ex stupro natum contectum non baptizatum suffocabit. aut denique totus unius status vel civitas in infamia aut ruina ponetur. Centum postremo huius peccati in sompno fantasias et illusiones. licet ut est peccati preveniendum quis antea vel post in vigilia in nocturna fantasia vel pollucione delectatur. ~ Duodecimum

capitulum de octavo eiusdem precepto

Octavum preceptum est non falsum testimonium dices. Hoc precepto omne mendacium prohibetur. Illud quod in aliis peccatum committitur. quod si iuramentum intervenit gravius peccat quod periurus est. Nunquam enim pro salute etiam hominis corporali vel spirituali debet quis periurium committere. sive coram iudice sive seorsum. Periurium vero quod quis in iudicio publico committit est casus ad solvendum episcopo reservatus. Contra preceptum hoc graviter peccant qui in confessione peccatum mendaciter celant. aut alium inique accusant. Insuper contra hoc preceptum agunt qui delectabiliter nimis adinveniunt novitatibus aut aliorum de

Marginalia (right):
Remedia contra luxuriam
Incestus
Sacrilegium
Stuprum
Raptus
Effectus luxurie
Delectatio de pollucione in sompnis prius vel antea
Mendacium
Periurium
In confessione peccatum mendaciter celantes

famacionibus aures inclinas prebent occasione[m] ...
sinientes asserentes nimia levitate de proximis mala zelotipie
propterea ut supposito ut proximos ut actus male et sinistre
iudicantes aut interpretantes, adeo ut ex huiusmodi falsa et iniusta
bella ac lites sepius moveantur. Tredecimum capitulum

Nonum preceptum est: Non concupisces uxorem proximi tui, nec
femina virum concupiscat. Hoc precepto prohibetur districte
omnis modus ac gestus exterior malus quo trahitur alius ut
sollicitatur ad peccatum luxurie, sive per intermediam, sive per missionem
litterarum, sive per minas violentas, sive etiam per munera, per promissiones,
per mendacia aut fictas adulaciones, aut in superfluo vestimentorum ornatu inordinato, aspectu ac incessu, verbis turpibus,
aut denique a tactu carnalibus luxuriosis, sicut frequenter contingit in
amplexibus et osculis. Sciendum est namque quod omnis concupiscencia
carnalis commixtionis preter matrimoniale copulam etiam solo voluntatis
consensu plenario perpetrata est mortale peccatum, ubi
carnalis copula minime subsequeretur. Equidem verum est hec
regula infrascripta, mala voluntas pro facto reputatur. In quo
peccati genere, patitur pro persona virginem ... alii copulata
quemadmodum et soluta, ut si mulier alium quam virum suum carnaliter
concupiscat. Omnis etiam consensus plenarius et
deliberatus quo quis in turpibus et carnalibus cogitacionibus perfunditur
delectatur, ubi etiam de est voluntas actum exteriorem perficiendi,
secundum plures doctores est mortale peccatum. Patet igitur ex
premissis: omnes amplexus, oscula et consiles attactus propinquitatis,
ex luxuriosis cogitacionibus corpus emanantes precedentes, sunt
gravia delicta, tanto quidem graviora si persone fuerint affines aut
religiose aut eiusdem sexus. Et quod enormius est si in talibus
attactibus ac osculis non servetur honestas, qualis in publicis
servaretur. Quamobrem siquis in predictis attactibus vellet alteri
vim inferre, debet alius ex adverso quemadmodum pro vite corporalis
tuicione viriliter resistere, sive verbis sive factis, aut validis clamoribus,
aut denique secundum tale personis ipsum in hoc imitare ...
lentibus et ad hoc astrictis revelando. Alioquin talis quisquis
ille est non sinceriter suam diligit castitatem et honorem. Decimum
tamen capitulum declarat preceptum

Decimum preceptum est: Non concupisces rem proximi tui, que
est alterius cuiuscumque. Et intelligitur hec concupiscencia
prohibita quemadmodum supra in sexto precepto de furto et latrocinio
explicatum est. Prohibetur enim hec concupiscencia et voluntas
mala, ad mala voluntas ut paulo ante dictum est pro facto reputatur. Tali namque concupiscencia cadit frequenter ut homo invidia
et impaciencia sui status et dei blasphemia, apud se non
recogitans bona temporalia se iniuste meruisse que talis
sunt vicinus, quod ideo deus iniustus est et sibi non frustra
et maneat serviendo. Quod si incommodum aliquod aut dampnum
alteri contingit, stultus ille letatur et gaudet. Quod sunt de multis
et occulta malicia hec eadem accidet. Contra preceptum hoc redirentur
peccant operum misericordie tam corporalium tam spiritualium, quod elemosinarum contemptores, veluti pauperibus et indigentibus ad facultates ad est, et occurrere audeant minime non subvenientes, et spiritualiter
peccantes proximos, quod providendum est, meditare, aut desistentes esurientes
aut egere permittentes. Consilium peccant qui servitoribus suorum
salarium ut lucrum iniustum iniuste retinent, qui elemosinarum piarum
causarum fundacionis ecclesiarum occupant, inique aliorum bona
dicentes perpetrantes minus divites esse, et eisdem abuti nec
eis propria restituenda fore. Condempnat eas namque approbata
Pauli regula affirmans non esse facienda mala ut inde bona
eveniant. Nec quoquomodo offendendus est deus eius transgrediendo preceptum, qualecumque bonum inde provenire contingerit.
Undecimum capitulum ostendit qualiter in hiis decem preceptis
velut in mundo quodam speculo, facies conscienciarum nostrarum debemus inspicere.

Hec igitur sunt decem legis divine precepta superius narrata, in quibus quasi speculo quodam polito terso et
mundo religionis, sane veritate per legem et totius vite nostre
ac animarum conscienciarum nostrarum pulchritudinem atque feditatem
possumus discrete conspicere. Hiis mediantibus cognoscit vite
sue discursum, qualiter divina precepta servavit. Quatenus demandant quibus modis secundum varias peccatorum species deum offenderit.
Qualis denique peccatorum confessio habenda sit. Et si peccatorum
aliqua a quo quam non plene intelligant, consulat super hiis
sapientes, potissime ac devotos viros. Omnis namque persona
postquam ad annos discrecionis pervenit si consensu voluntario

suspicio

Exterior modus ad luxuriam ut per intermediam, litteras missivas, minas, munera, promissiones, mendacia, adulaciones, vestimentorum inordinato, aspectu, incessu, verbo turpi, tactu, amplexu, osculo

voluntas ad aliena

invidia
impaciencia sui status
de blasphemia
indicium contra deum de paupertate

negligencia operum misericordie spiritualium et corporalium
indigentibus non subvenientes
Elemosinam non dantes
parentes negligentes a nutrice
deserentes egere permittentes
Salarium servitoribus aut artificibus non dantes
retinentes aliorum bona

plenario et deliberato. horum alicui precepto vel contemptum inobe
diens extiterit, diligit videlicet amorem creature preponendo, ex salutis
statu exciderit et in dampnacionis periculo statuitur, nec gratum
aliquid dignumve bonum vite operatur. Cum igitur si temptacione quacumque
aut diuturna vel sua luxuria ut alterius quis incidat per-
Si ipsa temptacio homini displiceat, aut eidem homo resistat
ut non plene et deliberate consentiat mortaliter non peccat
Immo sepe in illo non peccat sed magnum apud deum premium meretur
temptacioni viriliter resistendo. Sicut iam superius declaratum est. Quibus
vero et modis decem hec precepta infringantur septem mortalibus
et capitalibus viciis, que sunt superbia, invidia, ira, avaricia, accidia,
gula, luxuria et accidia, quinque item exteriores sensus insuper
qui sunt: visus, auditus, olfactus, gustus et tactus. Sic quisque
in hys decem preceptis speculo vite si diligenter inruerit recte
se conspiciat, vere se cognoscat, seque parvipendit et hys obediendo
iam dicte capit. Sextumdecimum capitulum explicat qualiter
qualiter corpus hominis ut corde confitendo a statu peccati ad statum
gratie resurgimus.

Sciens michi omnino misericordissime pater deus, et cognoscens
Sicut meam fragilitatem per maxima et ad malum pronitatem
multiplicibus viis mortali vita durante, parcassime est nobis
delicta remitte et graciam conferre si dumtaxat precare et
ex corde sibi tres subscriptas veritates purgamus. Prima
veritas domine sit ut sit contra veram bonitatem peccatum quod
michi displicet racione cuius et penitenciam ago, quod vobis offendi
qui totus estis venerandus et colendus, quorum mandatum manifestum
vestrum transgressus sum. Secunda veritas est domine bonum habeo
propositum et desiderium vero in animo mediante michi divinitus
preservando ne incidam in peccatum et occasiones iuxta possibi
litatem vitium evitandi. Tercia veritas est domine bonum habeo
voluntatem peccatorum meorum confessionem integraliter confitendi
completo et tempore secundum verum et sancte matris ecclesie mandatum et precep
tum. Has veritates quisquis qualitercumque loco et tempore sinceriter
non ficte aut medianter ex corde pronunciaverit, seque existat se
in salutis et gracie statum consistere et vita eterna mereri.
quamvis omnia enarrata prius crimina commisisset. Si enim talis
absque alia confessione commode decederet in absentia sacerdotis
dormiendo aut alio quocumque modo morte subitanea preventus
morte subitanea

idem finaliter salvaretur acerbissima purgatorii pena me
diante. Ex quo nondum et salubre consilium elicitur, ut christianus quilibet
quibus singulis diebus bis aut semel sero et in mane aut
saltem festivis diebus redeat ad cor suum, consciencia examinans
ante tres premissas veritates proferre valeat cum cordis sinceri
tate. Sic ipse in statu salutis secure confidat quod si eas pura
mente proferri non valet, obstante voluntate peccandi, qua
actualiter delectatur, aut iniquo proposito, quo quis occasiones
peccatorum non vitare renuit, quemadmodum illi qui peccatis carnalibus
mersi resurgere nolunt, aut usuras suas aut iniustas mer
caciones et lucra continuat, ut iniuste retinet alienum, quique
alicuius odio et vindicte desiderio flagrantes in nocendi proposito
perseverat, certissime sciant hys et consimiles non episcopum aut papam
tales absolvere posse. quamquam talibus salutare consilium detur,
ut per se ipsos ut alios bona que poterunt operentur orando vel
elemosinas dando, quatenus deus eorum corda illuminet et ad bonum
dirigat et conducat. Nullum est enim exiguum adeo bonum quod non
tandem deus eterna ut temporali mercede remuneret. Multo quippe
melius est temporale bonum et minimum quam ipso omnino nullum promereri.
Saluberrimum est etiam laudabile consuetudinem illesam
servare, ne eam semel dissolvendo nunquam meliora forte
resumat. Decimum septimum capitulum ostendit quis sit confessionis modus
et dat circa hoc unum breve documentum.

Quocienscumque accedit homo ad confessionem peccatorum ex
complicanda, hoc est de necessitate semel in anno circa solemp
nitatem paschalem, aut in mortis imminet periculo, aut
in sacrorum susceptione, ad frequenciorem enim confessionem re
gulariter non tenemur, quamquam sepius confiteri multum prodest
ad augmentum gracie et distinctiorem condicionem cognicionem
et explicacionem peccatorum. debet premeditari confessurus quod aut
in quo deliquerit in examine diligenti consciencium discu
ciens. ac si magnum aliquod temporale comodum reportaret. Accuset
se postmodum peccatorem humiliter non irrisorie veraciter non ficte
vituperando se et non laudando pure. Item atque sincere sua
impotencia dimittendo dicere insuper ut non revelaverit aliquos
quos consortes et socios habuit in peccato. At hys enim confessor
inquirens etiam committit peccatum nisi forte sodales huiusmodi tempus

virget est hec

potendi consilii, ad eorum pellendam violenciam. confitens de
tegeret, aut fortassis ad explicandam peccati speciem imitatus eos in
festaris. puta ut si quis cum sola sorore carnaliter commixtus fuit
in quo tamen cavendus esset confessor personam in confessione de
tectam ignorat. Super casibus autem ad solvendum episcopo reservatis
aut superiori, remittat misericorditer confitentem ad prelatum, ut superio
rem eum potere absolvere, nisi forsitan confitentis mortis
periculum immineret, aut magnum aliquod scandalum ex hoc obo
riri ut peccati revelacionem sequi conicitur. Probabilius videtur hoc
vero per regula certa et documento salubri teneatur, ut in quibus
pro peccato secreto ut occulto penitencia publica penitentibus in
iungatur, nec penitencia imponatur quam negant aut nolunt sufferre.
Non debet rursus confitentis iniuncta sibi penitencias facilia
revelare. quo contingit in tedium peccatorum suorum, aut confessor
data aut interrogata nimia levitate detegere. Hec enim omnia
secreta confessionis integritatem concludunt. nisi quod absit con
fessor penitentem ad malum aliquod hortaretur. Est preterea utile
et efficax remedium diligencius retinendum ab hiis qui pre
inclinacione ut consuetudine inducunt in aliquod enorme peccatum
a quo non desinunt retrahuntur. quod sibi ipsos ad penam pe
cuniariam ut aliam usque ad certum tempus prefixum, sed certo
... constringant. quocienscumque in id peccatum in
de contingit, dicatur ... sepius inspicientes aliquem se
a peccato ire periurii luxurie. et si aliquid est simile abstinere non
posse. qui tamen hoc salubri remedio. velud mendaces sua
lie constant. Unde vim ... ut sponte in emendam
transgressionis eorum inflicta pena ipsos appreciatoe in
iusti operibus retraheret, ... manifeste convincuntur eos dudum
precepti et ... salutem ... et consuetis viciis abstinere
posse nisi ficta ... voluntate. Et tales velud
famam veritati non credunt nec obediunt. quousque supplicia
rum et delictorum suorum seram et infructuosam penitenciam agat.
Sicque iusto dei iudicio ut qui penitere de commissis cum possunt
non velint, nequeant. Decimumoctavum capitulum concludit non
esse quemquam ab alio ad peccatum impellandum seu ad bonum provo
candum

Postremo quidquid agat homo in persona sua supreme caveat
aliud ad male agendum sollicitare. aut verbis, aut factis. ex
emplis ut consiliis. aliquis ... quod de se sit contrario ...
peccati, specialiter coram iuvenibus aut personis innocentibus. Hec
enim proprium est singulare quod demonum officium. quemadmodum bonorum
angelorum inest specialiter homines inducere ad bonum. Conpertum
est enim frequenter accidere quod homines aliorum ad malum impulsores
vix aut nunquam delicti sui condignam penitenciam assecuntur
... quod nequiunt eos corrigere ad bonum quos deceperunt.
Iam forte dampnati sunt a deo vindictam postulantes eterna
... eis maledictione imprecantes. Sicut ex opposito iam salva
... aliorum doctrinis aut factis. aut opere diligenti. qua nullum
deo opus ad sacrificium acceptius esse puta. et ad peccata delenda
valdius presius adiutoribus ... indesinenter affendunt. Cu
ret ... fidelium quis iuxta cognitionis et virtutis a deo
sibi concesse facultatem monitoribus et exemplis aliud ad
bene agendum incitare. puta filium doctor discipulum. Et sapi
ens instruat ignorantem. Regemus tandem pronica pace et
... invicem caritate quo post morte corporis huius p
hennis beatitudinis participes simus qua nobis concedat deus unus
eternaliter et personaliter trinus qui est benedictus in secula seculorum. Amen

Quisquis a morte peccati ad salutem et gratie statum vellet
resurgere quos actus sui et interiores ad vitam eternam utiles
sint et introducibiles. non est contritus et dolens delicta
sua recognoscens intelligat efficacem eciam proponat auxili
ante deo a peccato mortali sibi cavere et abstinere in futurum,
firmum preterea ac sincerum propositum habeant competentibus loco et
tempore peccata sua saltem mortalia distincte et integraliter confi
teri. Secundo ut commodius fiat prius quam confitentis crimina sua
revelaturus accedat. tota ea matura morosaque diligencia p
meditari tenetur. quia magnum aliquod eterno emolimentum
spirituale inde reportare se credet. quo conpleto ipsi magis
confessori suo ac lucidius exprimat. Tercio vero plurium sim
plicium ob negligenciam aut ignoranciam non excusantem sed po
tius incusantem. modos et species nesciunt peccatorum. Prius con
fecta est tabula quam inspicientes confessuri cogitacione previa
instructi sufficienter ad salutem poterunt sua peccata cognoscere me
morieque retinere. Et confessoribus utiliter reserantur. Precedit autem

tabula hec secundum viii et ordinem peccatorum mortalium que sunt superbia, invidia, ira, avaricia, accidia, luxuria, gula. ¶ Confessurus ergo vitas primitus conscientiam examinans interrogato circa primum superbie. Si vanam tui laudem et propriam excellentiam quesivisti aut optasti propter bona fortuita et caduca, divicias scilicet aurum et argentum terrenasque possessiones, aut propter naturalia bona corporis, pulchritudinem, fortitudinem aut iuncture situationem sive etiam gratuitorum donorum, sicut est dei cognicio ut affectus devotionis. Si alios contempsisti propter aliquorum horum bonorum defectum. Si aliqua opera fecisti ut inde mundanam laudem acciperes, aut ut alii meliorem te quam ipse sis reputarent et multo magis si hec fecisti sub pretextu ypocrisis ficte, sicut aliis ex exemplari in bonum ut eos a malo retraheres. Si nimium perseverans in consilio tuo contempnando eos [illegible] ipse ut credulitati alterius consilium contempnendo. Ex hoc enim specialiter in materia fidei et christiane religionis. Ex hoc enim pullulant hereses, sortilegia et false credulitates. Si ut reciperes tantam inanem gloriam opera tua bona ventasti ut te ab hominibus humilis et devotus crederis, presentibus [illegible] ut ab hominibus [illegible] et devotus crederis. Si gloriatus es corde aut ore de malo, ut quod aliud defraudasti vel iniuriam intulisti, quod per te tuos complices ad male agendum [illegible] et eos potens extitisti. Si superioribus tuis inobediens extitisti. Si non contempsisti precipue carnales parentes et spirituales. Si in mundano professione mentitus es peccatum tuum aut eius speciem. Sed et nominando celando. Talis enim confessio inutilis est. Si [illegible] aut addendo mentiris. Si peccatorum tuorum excusatores [illegible] imponendo. Si te [illegible] culpa tua sociis aut complicibus imponendo. Si [illegible] per inobedientiam et contemptum excommunicacione [illegible] aut levitatem [illegible] publico [illegible] minus [illegible] patiens. Si in iudicio publico [illegible]. Si a bonis operibus dolore [illegible] veniende [illegible] permisisti. Si [illegible] aut verbis abstinens [illegible] obloquendo quorundam fatuorum [illegible] indignando contempsisti pauperes, ignorantes, impotentes aut infirmos, eos precipue qui tibi generis [illegible] aut eosdem [illegible]. Si signis aut verbis contempsisti eos qui student devocioni. Si presumptione motus aggressus es ardua scientia tua aut potentia excedentia aut tuo statui indecentia.

¶ Circa peccatum invidie

Si de alterius incommodo letatus es in fortunium aliquod inciderit aut diffamacionem seu persecutionem meruerit. Si de bono alterius doluisti quod bene famatus, dives, pulcher, sapiens, eloquens, devotus aut religiosus existit. Si malum alterius peroptasti ut bonam famam ipsius minorasti verbis iniquis de eo publice vel secrete, manifeste aut fraudulenter loquens, eius verba et opera sinistre interpretando aut in peiorem partem frequenter interpretando.

¶ Circa peccatum ire

Si diu cum consensu iram contra proximum tenuisti cum desiderio vindicte ut appetitum nocendi per te ut per alium verbis aut factis. Si iram ut odio contra quem quam conceperas protulisti aut in rebus nocumentum prebuisti, tristisque ut si eum percussisti vulnerasti occidisti. Et attendatur an lesus sacerdos aut clericus extitit. Si lesus a te ut iniuriam passus veniam petere [illegible] eum proximum equalem fecerit aut in nullo subiecti. Si arma ut invasiva nocendi fine tulisti si alterius mortem sive lesionem [illegible] minatus es etiam apposito iuramento. Si secretum alicuius revelasti. Si ab humiliter a te veniam postulantibus indulgentiam denegasti. Si motus ira iurasti nequiter ut periurium commisisti, aut denique deum blasphemasti ludum alearum aut alium exercendo. Si odio ut rancore potius quam iustitie zelo plantacionibus ut lignis alterius vexasti. Si alteri maledixisti, proximum parentibus aut aliis propinquis.

¶ Circa peccatum avaricie

Si alio nesciente ut nolente quod suum est retines. Si furtum rei sacre aut communis ut alterius consiliarius intra ecclesiam ut locum sacrum commisisti. Si contra deum ingratus quod non tibi sunt et [illegible] provenerunt divicie nec adversum prospere succedunt omnia. Si ab hoc immemor dei beneficiorum sibi servire contempnis. Si communia bona dominorum ut precium latere minus in usus proprios assumpsisti aut mercennariorum aut servitorum iustum lucrum non eisdem tribuisti. Si falsas et iniustas mercancias exercuisti et modum iniquitas. Si falso et [illegible] artificio usus es [illegible] modum querere. Si symoniam in te ut alios perpetrasti. Si contractum usurarium cum alio contraxisti, quocunque modo. Si fine lucri [illegible] fuisti. Si ludis prohibitis ut est taxillorum ludus, avaricia motus te immiscuisti. Si festivis diebus spe lucri manualem laborem aut mercacionem perpetrasti ut alium fieri consensisti. Si commissa tibi in testamento aut alia legata ut elemosinas perficere et distribuere neglexisti. Si opera [illegible]

vel elemosinas ecclesie competentes oblaciones et decimas persolvere contempsisti. Si ficta adulacione intendens pecunias extorquendi aliud decepisti aut eciam irrisisti. Si per eundem ut mariti bona eius furatus es, ut ipsas et alienas possessiones iniuste concupisti. Si alieni dampni causa ut occasio voluntarie et gaudens extitisti ut lucrum inde ut comodum reportares, vel ut et grates inter duos rixas moveres ut ex eorum mutua lite vel ut occasione eciam inducta aut proximi lucrum feras, fa mes pestilencia optas ut ea dicetis. Proximi morte gaudens ut suam hereditatem acciperes [+ aliud] et adeptionem ad iu impellis ut venales rei fors caperent vilioris usurpes. Aut denique in mercacionibus quas inutiles ad inveniens novitates ut ditatus habundes. Circa capitulum accidie

Si missas ut horas aut aliud divinum officium seu sermonem [festo] sollempnisti celebrare ad que dicenda tenebaris. Si in festis speciali ab ecclesia observari preceptis aut alias per tristiciam negligenciam vanitate aut omne ecclesiastici officium predicaciones et sermones audire contempsisti. Si concessum operis diebus presertim festivis in operibus aut factis ociosis inutiliter consumpsisti, aut ecclesiasticum officium sermonibus garrulis turbasti. Si idem prestitum tempus excessive dormiendo in lecto tuo demorando mane occupasti. Si per negligenciam aut incuriam [sanctas] frequentes meditaciones mortis iudiciorum et beneficiorum dei erga te permisisti, et pro benefactoribus tuis vivis et defunctis preces fundere neglexisti aut eciam commissa tibi regimine et cure non recte sollicitus extitisti. Si negligens de peccatis contritus es aut confessus, ut ante confessione eciam peccata tua premeditacionem habere noluisti. Si peccatorum oblitus es ut iniuncta penitenciam minus debite persolvisti. Si et alie quelibet vota ut promissa infringendo transgressus es et alie transgressionis datur modus. Si denique preceptorum ecclesie fuisti transgressor ut publica eucaristie suscepcionem ut aliorum sacramentorum susceptionem distulisti non recepit ipsa sacramenta decepisti non premissa debita integra confessione. Circa peccatum luxurie

Si morosas cogitaciones circa carnalem actum voluptatem et delectacionem nocuam in corde tenuisti. Si cogitacionibus carnalibus aspectibus signis aut verbis aliquibus motum carnis excitasti aliter eiusdem sufficienter restitisti ut huius peccati occasiones non fugisti aut quod deterius est eas procurasti. Si per tales temptaciones ut motus in luxuriosum consensum induxisti

affectando exterius opus si posses aut auderes perficere. Si actum aliquem inhonestum ut pruritum in membris pudendis exercuisti ex quo carnalis delectacio secuta sit. Et modus diligenter advertatur. Si talium peccatorum erga alios causa ut communem occasio fuisti verbis osculis amplexibus aut aliis signis ut forte picturis et figuracionibus inhonestis. Si dormiendo hanc carnalem delectacionem vel pollucionem incurristi. Si cum alia persona carnalem commixtionem [cuius] incidisti et attendantur gradus ut condiciones tales persona foret aut uxorata alterius aut virgo. Si generi propinque et in quo gradu si sanctimonialis religiosa aut in sacris ordinibus constituta. Si tibi consensit aut ei violenciam intulisti. Si denique eiusdem tecum sexus aut cuius etatis et exprimatur modus. Si luxurie peccatum opere consummasti alio ordine quam natura dictavit aut per matrimonium legitimum honestare vere opus in se ut circumstanciarum quae magis in confessione tibi sunt interrogacionibus cognoscende quam verbis ut scripturis quibuslibet in publico reserande. Si diebus festivis in moribus aut minus sollempnibus talia peccata perpetrasti, aut forsan in sacro loco. Si abortivum procurasti, aut fetum ex utero nasci impedisti vel obstrictura vestimentorum aut per agitacionem corporis immoderata ut choreas ut aliis peccatis in ut supra vel dictis modis. Si dissolute et inhonestis aspectibus aut choreis aut gestibus incompositis ut innata pulchritudine aut facta mediante collecta ut denique vestimentis superfluis alios ad malum allicere voluisti aut te concupisci ab eisdem affectasti. Si cum tibi matrimonialiter coniuncta persona carnalis copule debitum infirmitate aut alia legitimo impedimento cessante denegasti. Circa peccatum gule

Si ieiunia ab ecclesia servari mandata transgressus es cessante infirmitate impotencia ut alia racionabili causa. Si cibi ut potus sumpcione ebrietate luxuria dissensiones aut corporis infirmitatem incurristi. Si ab eadem cum studium laborem meritorum aut aliud opus ad quod agendum tenebaris omisisti. Si proximos subditos in potibus et cibis te ut tuos heredes indigere aut mendicare coegisti. Si denique nimis avide et habundanter cibum assumpsisti ut delicata fercula curiose procurasti, aut hora comedendi preveniisti ut ex hoc propter aliquod corporis incomodum sequeretur. Per hec aut omnia que de septem peccatis mortalibus iam explicata sunt potest homo cognoscere quibus

modis quinque sensuum exteriorum missio. contra decem legis precepta. contra nove opera. et duodecim vere fidei articulos. delinquit, ut non sit opus hec posteriora confessoribus addere, nisi quis cunctis confessoribus specialiora et particularia adiungere voluerit. Ad plenariam autem precedentium intellectum ut agnoscatur qualiter rite sit fienda confessio notanda sunt aliqua etc.

Primo quod communi regula et ecclesie precepto tenetur quilibet ad minus semel in anno circa pascha peccata sua confiteri, immo etiam eukaristiam aut aliud sacramentum suscipere intendit. Tunc etiam cum mortis imminet periculum. Cum peccata ipse qui peccatorem absolvere potest adest, tunc penitentia iniungi in posterum haberi firmum datur. Et qui sepius confiteri multum proficit, exuvater videlicet annuatim ut mensibus singulis, aut quolibet sollempni festo iuxta persone facultatem et statum. Secundo quod confessio in loco patenti et publico fieri debet, ne occasione secreti loci et propinqui deuocionis impellat dyabolus ad malas cogitaciones, in qua verba ut opera, in qua etiam confessor confitentis vultum aspiciat. Tercio quod multa sunt crimina a quibus preter sacerdos simplex absolvere non potest, nisi penitentiarius sint, aut a prelato superiori potestatem acceperit, quod modo sortilegium quod per res sacras committitur, sacrilegium quod quidam est furtum rei sacre, ut in locum sacrum percussio violenta sacerdotis vel clerici, symonia, heresis, ceteraque crimina quibus eo facto excommunicationis sententiam incurrunt delinquentes, homicidium, percussio parentum et iniuris, periurium in iudicio publico commissum, adulterium signanter notorium, mulierum raptus violentus, defloracio virginum, constitutio simoniacalium, virginum et incestus in sanguineis intra quartum gradum, votorum fractio, oppressio parvulorum puellarum infantium ob negligentem custodiam parentum. Item turpissimum et abhominabile quod contra naturam dicitur sive in propria persona per mollitiem perpetratum sive in alio commissum, qui eiusdem sexus existit, vel in persona alterius sexus in aliis membris quam a natura ad generationem deputatis, vel denique in alia specie admissum. Talia namque crimina graviora sunt, quod sit esus carnium in sacro sancto die veneris. Unde et de eis tenetur peccator expresse confiteri sub pena eterne dampnationis. Quarto quod persona confitens debet habere voluntarium propositum omnia peccata sua iuxta vires intellectus explicandi, et ad veritatem interrogata sine mendacio respondere, ad sui accusationem occasione ut excusationem celare. Item peccatum alterius non personam talem et

ad suum commodum spirituali confessori deteget absque preiudicio cuiusque. Et si prelatus superior vel penitentiarius nollet singula peccata confitentis integraliter, sed solus casus reservatos audire voluit, reservet alia delicta minori sacerdoti potestatem super hiis habenti confitenda. Quinto quod nullus in certam penitentiam recipere debet nisi qui perficere voluit, quam celare tenetur unatum aliis a confessore prolatis et interrogatis, nisi forsan quod absit idem confessor penitentem verbis aliquibus ad malum inducere vellet. Sexto quod si grande quid alicui restituendum sit et id ignoret, vel etiam votorum commutacio aut relaxacio fienda sit, consulat prelatus senior ut alius potestatem habens non tamen sacerdos inferior. Septimo quod super peccatis in generali superius enumeratis si casus speciales occurrant, ut nimis delictorum tenetur hoc confitens explicare, tunc presertim cum particularitas casus aut nimis specialem habet annexa maliciam mortalem, ut cum quis decem francos abstulit pauperi uxorem et filios habenti, aut in loco sacro, gravius peccatum est quam furtum perse in generali commisisse. Et per formam in aliis casibus particularitas exprimatur prout confitens eam inveniet secundum beneplacitum confessoris omissis circumstanciis aliis ad peccati quantitatem impertinentibus. Octavo quod si persona confitens in peccato mortali proposito perseverat, ut denovo peccatum iterare disponit, aliquid ablatum alteri secundum facultatem suam non vult dimittere, ut restituere, aut a carnali peccato luxurie recusat abstinere, ut nocendi inique propositum retinet, nullus eam a peccatis confessis potest aut debet absolvere. Quamquam tali persone salubriter consulatur, ut bona que potest interim perficiat. Et quod deus eam in vita eterna dignetur illustrare. Nono quod peccatum quolibet tanto peius ac detestabilius est quanto pluribus inducit nocumentum. Si quis propterea alterius, ut ruine causa et occasio fuit, innocentes presertim iuvenes aut puellas consilio, hortatu, ut aut quovis modo sollicitando ad peccatum huius rei destricta penitentiam agat deceptorum a se correctionem et emendacionem tantis viribus procurando. Et ipse et alios eos ad viam veritatis et sanam doctrinam reducendo. In hoc enim consistit porcio principalis sue satisfactionis et penitencie. Decimo quod si quis post confessionem sue examinacionem diligentem peccatorum quorundam etiam mortalium a se commissorum non reminiscatur, per solam generalem confessionem de ipsis absque alia speciali salvabitur. Sin ea prius oblita postmodum ad memoriam redierint, ea specialiter

certo tempore et loco confiteri tenetur. Quia unicuique periculosum est tam commissorum a se delictorum mortalium per negligentiam atque desidiam in memoriam fieri.

Forma absolucionis sufficiens et requisita pro penitentibus de quibus confessor intendit et potest absolvere penitentem. Ego absolvo te a peccatis tuis in nomine patris et filii et spiritus sancti amen. Et si confessio fiat de excommunicatione tunc modo dicat: Ego absolvo te ab excommunicatione tua in nomine patris et filii et spiritus sancti amen. Et si nimmo fiat absolucio de peccato propter quod lata est excommunicatio, ut de aliis, addatur forma predicta. Addiciones quedam, alie condicionales aut involute, tamen dimittuntur etc.

Si veraciter fideles quilibet animi cum propria ex toto cura diligenter agant pro ipsius vita corporali fragili et de facili conservanda, exigitur a nobis multo fortius deus et caritas pro salute sua spirituali sollicitudine gerere spiritualem. In hac enim extrema mortis necessitate fidelis probatur amicus, quippe nullum est opus misericordie magis sive commodius, quod et tanti ad deum meriti et amplioris frequencius estimatur, quemadmodum persone nostre salvatoris corporale domini nostri Ihesu Christi si mecum nobiscum degeret impensum servicium corporale. Quamobrem curam sunt presenti scripto componere breve quendam exhortacionis modum habendum, ita eos qui sunt in mortis articulo constituti valentem etiam generaliter omnibus catholicis ad artem et noticiam bene moriendi comprehendam. Continet autem hoc opusculum breve exhortaciones, interrogaciones, oraciones et inter ceteras particulas salubres exhortaciones interrogaciones observaciones. Prima pars continet in se exhortaciones. Prima

Amice dilecte aut dilecta, consideremus nos omnes subiectos et expositos manui dei et ipsius voluntati dei omnes nos cuiuscumque status aut condicionis, reges principes divites et pauperes, mortis tributum solvere necesse est. Venimus in mundum per eius gratiam non ut ex eo transeamus, non ut mansionem in eo stabiliamus, ipsum potius ut hic bene et victorie vincentes et deo servientes horribiles inferni penas evitemus et eternam gloriam habeamus. 2a

Recognosce diligenter cum gratiarum actione a deo tibi concessa beneficia, quod tibi etiam in hac extrema hora sui cognicionem dedit, nec te morte subita preoccupavit. Gratias pro hiis et aliis innumeris donis nunc eidem refer, ad suam infinitam misericordiam confugiens et de commissis a te criminibus veniam humiliter poscens. 3a

Sollicite cogitare te in vita tua plurima delicta perpetrasse, pro quibus penam ferre in infirmitate hac et huius infirmitatis et mortis dolorem patienter tollerare debes, rogans deum ut predictorum dolorum acerbitatem in remissionem operetur peccatorum et purgatorii horribilium cruciatuum, in hanc afflictionem tuam pro sua misericordia commutet. Tollerabilius est namque hic penaliter quam in futuro puniri. Et si sic corde contrito penam necessariam tamquam voluntariam feres, et omnem penam et culpam remittet deus, certus quod paradisum introibis. Alioquin penam per penam eternam dampnacionem incurreres. 4a

Super omnia in hac extrema hora constitutus meditare circa tuam spiritualem salutem. Nunquam enim fortassis in futurum huius meditacionis contingit oportunitas. Omnem aliam sollicitudinem et rerum terrenarum curam linque, quas relinquere necesse est. Que etiam nec ab inferni perpetuo tormento eripere valent. Plena fide te deo committe et cuiuslibet omnipotenti, bono et sapienti, qui et te et tua et tuorum regenda probe. Omnem preterea cogitatum tuum mentem dirige, astantes solummodo et superstites rogans, ut pro salute tua deum precibus exorarent. Secunda particula sex habet interrogaciones. Prima

Dilecte aut dilecta, vis tu mori et vivere in soliditate fidei christiane, ecclesie sancte dei et domini nostri Ihesu Christi, tamquam verus fidelis et obediens sancte matris ecclesie filius? Respondeat: Volo etc.

Petis a deo veniam peccatorum tuorum commissorum et omissorum, quod contra eiusdem amorem, maiestatem atque bonitatem egisti, nec eum prout debebas honorasti? Respondeat: Peto.

Habes nunc sincerum propositum et explicitam voluntatem tuam in melius commutandi atque corrigendi, si vita comes superfuerit? Rogas etiam deum quod tibi graciam prestet hoc propositum confirmandi et non recidivandi, veramque contricionem habendi? Es tu conscius tibi ipsi alicuius peccati mortalis vel criminis, de quo non sis confessus? Optas ne etiam cor tuum illuminari ad oblitorum criminum, si que sint, habendam noticiam, et si tu libenter confiteris ea?

Indulges ex corde omnibus qui tibi nocumentum intulerunt, ob reverenciam et amorem domini nostri Ihesu Christi, a quo et veniam speras? Petis sic indulgeri tibi et remitti ab hiis quos tu

aut factis lesisti, vel ablata per te restituere integraliter quantum
ad illud tenetis iuxta tuarum facultatum valorem, etiam usque ad
dampnum bonorum tuorum cessione et renunciatione ubi alias satisfac-
tio fieri non valet et coram deo et hominibus veniam mitere petis
Ad has omnes premissas interrogationes affirmative respondeat
volo. Tercia breves instruat orationes.

Primo dicat infirmus ex corde deum orans Deus meus
piissime pater miserere mei, deus meus piissime pater
in manus tuas commendo spiritum meum. Pater mitte misericordiam tuam super
hanc pauperculam creature tue. adiuva me nunc etiam in ultima
necessitate. Succurre domine iam agenti anime et desolate ut non
